HISTORIA
VISIONIS
CONSTANTINI MAGNI.

MATTHÆI JACUTII
BENEDICTINI
CONGREGATIONIS MONTIS VIRGINIS

SYNTAGMA
QUO

ADPARENTIS MAGNO CONSTANTINO CRUCIS

HISTORIA
COMPLEXA EST UNIVERSA
AC SUIS ITA AB
OMNIBUS NON PRISCIS MODO, QUAM NUPERRIMIS OSORIBUS
VINDICATA
TEMPORI SUO ET LOCO
RESTITUTA
CETERIS TANDEM GESTÆ REI MONUMENTIS
ILLUSTRATUR.



ROMÆ MDCCLV.

SUMTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLÆ
IN VIA CURSUS.

EX TYPOGRAPHIA ANGELI ROTILI.
Superiorum Permissu.


Monasterii
S. Michae-
lis de Muria-
no Venetiar.
ad usum D.
Angeli Ca-
logierà Ab-
batis Bene-
dictino-Ca-
maldulensis.

BENEDICTO XIV.

PONT. OPT. MAX.

MATTHÆUS JACUTIUS

BENEDICTINUS

CONGREG. MONTIS VIRGINIS.

Q*Uum nulla jam, ſub univerſo cœlo ſit natio, quæ Tę* PONTIFEX BEATISSIME, *omnium eſſe non dictitet Sapientum hominum principem, Principumque virorum omnium*

ſa-

ſapientiſſimum adeo, ut nimis cer te beati ſint viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram Te, & audiunt ſapientiam Tuam; *non abs re ideo, tantum mihi nunc ſumſi, ut meus hic, de* FL. CONSTANTINI AVG. *Viſione Crucis Libellus, ſub Sanctiſſimo nonniſi Tuo, omnique Genti, Academiæ, & Ævo, ſpectatiſſimo quidem Nomine ederetur. Summa enim præſtantis Tui, ac, plane dicam, Divini ingenii vis, Tuaque præſertim illa Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſcientia, quam docti homines, Tuis tot in eximiis, immortalibuſque Operibus, quibuſdam veluti in uberrimis, non ſacræ modo Antiquitatis, ſed*

omnis

omnis porro ſelectioris, penitioriſque doctrinæ fontibus, nonniſi omnigena cum eruditione, cum ſcribendi facilitate, ornatoque ſtylo conjunctam, & agnoſcunt & prædicant, veneranturque; ea Tui, ajebam, ingenii vis, atque ſcientia, id hodiedum in univerſa Litteratorum Republica, jure vindicat ſibi, ut, ſiquod litterarii cujuſcunque laboris, tanto Te vivo, ac vidente Magiſtro publicandum ſit Opus; ſponte illud vel ſua, dicandum poſtulet Tibi, a quo & ingens, bonis inſidet Artibus incrementum, & cultoribus earundem quibuſvis, decus ac patrocinium exhibetur. Quid, quod & ipſa hujuſce Operis ra-

tio,

tio, alium extra Te neminem spectare magis, ac poscere, visa omnibus est? Si ibi namque de eo Crucis loquendum erit Ostento, quo CONSTANTINUS, *ab ei offusa Idololatriæ caligine, volens lubensque, ad Christianæ veræ Fidei lumen, sinumque ductus Ecclesiæ, hanc ille dein, omnium primus Cæsarum illustrandam, necnon ad exteras usque terras, longe lateque amplificandam suscepit; eccui proinde id alteri, sisti Opus debuerat, ni Tibi Summo Christianæ totius Religionis Antistiti dicaretur? Quod ego itaque, Tuorum ad Pedum oscula provolutus, Tibi munus exhibeo, hoc, Te quæso, precorque, non modo æqui,*

boni-

boniqueducas, ac foveas Benedicte Pontifex Maxime; *verum ut insimul Auctorem ejus, suamque cum ipso omnem Benedictinorum* Montis Virginis *Congregationem, pluribus certe, præcipuisque Tibi uni nominibus devinctissimam, summa Tua pro indulgentia, in clientelam, auspiciumque præstantissimum Tuum prosequaris adsciscere: nam (quod partium nostrarum est) defuturi nusquam nos erimus in votis quidem, in precibus, hostiisque quotidie offerendis Patri luminum Deo, ut is quantocius, sui superni fulgoris vi, gentes quascunque a sinu Ecclesiæ aberrantes illuminans, eæ tandem ad Te, Lit-*

terarum splendori, Sacrorum ornamento, Christianæque Reipubublicæ bono natum, ad Te profecto, tanquam ad Christi in terris, gerentem vices Pontificem venerabundæ accedant: hincque speramus fore, ut nedum Te, Deus Optimus, Tua in ipsa, cœlo proxima Sede, diu sospitem servet; sed tuum quoque LAMBERTINORUM, *terris, cœlisque itidem præclarissimum Genus, pluribus adhuc, quum ingenio, tum doctrina, tumque omni virtutum cumulo, Tibi Maximo paribus illustretur.*

AU-

A U C T O R I S
A N T E L O Q U I U M,
V B I

OCCASIO ATQUE RATIO

O P E R I S

INDICANTUR.

QUO ego tempore, mihi curæ ducebam, ut quicquam virium, infirmæ meæ, proſtratæque valetudini acceſiſſet, ſic ut is, fidem meam, de univerſa Theurgicarum, ſive Liturgicarum rerum Hiſtoria, typis tandem edenda liberarem; ecce nova laboris alia, mihi occurrit occaſio, ut, quum quorumdam Eruditorum in manus, me inconſulto, incidiſſet quid neſcio plagularum mearum, in quibus ipſe, de facta diu, noctuque IMP. FL. CONSTANTINO AVG. Viſione Crucis, Auditorum meorum

gratia pertractaveram; eo, quid quæris? eo redacta res fuit, ut amicissimis iisdem Viris non detrectare debuerim, quod, si quando *meas esse aliquid putarent nugas*, jam quicquid reculæ chartis meis inesset, id, eorum pro lubitu, typographicis inde formis committeretur. Ergone id, quod faciundum sola tulit necessitas, factum est? Sane ita, *parvo ne demto apice*, evenisse profiteor. Quid caussæ vero inciderit, quod meam illam de Cruce Christi a CONSTANTINO suspecta scriptionem expresserit, multus essem si dicerem: at quod heic tacitus præterire non debeam, unum est, quod hujusce nimirum tractandæ rei argumento expedire putarem, ut integrum de ipso quoddam, absolutumque, quod nobis deerat Opus, adornaretur. Quanvis enim exstarint aliqui (*a*) qui hac de Crucis Visione CONSTANTINO exhibita, aut pauca sparsim quædam, pro re nata tradiderint, vel de diurni potissimum Ostenti Crucis Veritate, vel Loco, pertractaverint olim; Scriptorum tamen, quod sciamus, est nemo, qui ea omnia quæ spectatum interdiu, noctuque iterum a CONSTANTINO, Christi Crucis Ostentum vindicarent, adsererent, illustrarentque undelibet, una congerens, integram ita, peculiaremque de CONSTANTINI Visione Crucis Historiam concinnasset: quinimo, quum Joh. Albertus Fabricius (*b*), Crucis ipsum Ostentum, quod jam perdius in aere, Augustus ille

suf-

a Quorum proinde mentio, nostro sparsim hoc Opere instituetur.

b Tom.VI. *Biblioth. Græc.p.*13. In Differt. *qua prob. Crucem quam vidit Constantinus fuisse Phænomenon naturale Crucis in Halone Solari*.

ſuſpexerat, quantum quantum id fuerit, *ad Phænomenon naturale in Halone Solari*, una plane cum Schmidio (*a*) conatus eſſet referre; ac illam quoque, quam CONSTANTINUM, ejuſque Commilitones, cœleſte ipſo in Crucis Signo legiſſe ſcimus Epigraphen ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ, **IN HOC VINCE**, jam puræ velut, putæque fabulæ loco, cum Bunemanno (*b*) habuerit; præſtabat ideo, hoc novo prorſus vindicari ab auſu, Dei virtutis *Miraculum*, quod optimæ quiſque frugis, tam ea Crucis in Adparitione diurna, quam ipſa adhuc in exarata circa Crucem Epigraphe interceſſiſſe fatetur. Quum noſtro tamen quantulocunque hoc Opere, adeo ſiquidem Conſtantinianæ Viſionis hujus Hiſtoriam concinnare mens fuerit, nil ut inde quis amplius, ad univerſam rei geſtæ ſeriem, fieri reliquum poſtulet, exigatque; *ego proinde, quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto* ILLAM *conſecrabo omni genere monumentorum, ab omnium ingeniis ſcriptorum, & Græcorum, & Latinorum* (*c*); atque omnium ibi primo, & Hiſtoriæ Oſtenti Crucis, nedum interdiu, quam noctu adhuc CONSTANTINO facti, Narratio, & Criticorum, ea de Crucis Adparitione, occurrent ſimul Judicia: Oſtenti ſubinde hujus, tam in die, quamque noctis in viſu CONSTANTINO exhibiti, adſerta veritas erit: Subdiale tum illud Crucis Oſtentum, haud Solis *Haloni*, ſed ſpeciali Dei virtutis *Miraculo* referemus:

a Vid. Notat. p. XI. L. b.

b Auguſt. Bunemannus in *Edit. Lact. Vol.* II. at Hotthingerius (dum ita lubeat) *in Hiſtor. Eccl. C.* III. p. 160. inſpiciatur.

c Cic. XII. ad At. 18.

mus: De Tempore, Locoque insimul, quo ea contigit Visio, sermo dein accedet: Hincque vera de ejus, quæ CONSTANTINO adparuit, Crucis Forma; de fabrefacto, ad ejusdem inspectæ Crucis similitudinem Labaro; de expresso, eodem ipso in Labaro, Crucis supra ligneolum, Monogrammate Christi; ac inde tandem de adpicta circa visam in cœlo Crucem Epigraphe ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ; deque ejusdem Characterum quum genere, ac figura, tumque positu itidem, ceu scriptorio eorum ordine disseretur.

Senticetum, hoc ego modo, ac a nemine usque hactenus (absit verbo invidia) præmonstratum callem nunc ingredi, visus equidem ero; nam

. . . . *Perago loca, nullius ante*
Trita solo: juvat integros accedere fontes
Atque haurire; juvatque novos decerpere flores (a):

Sed siquis nihilominus mentem, laboremque meum non probans, ita me adhuc, vel actum agere, vel ligna in sylvam deferre, probro verterit mihi; *videat ergo* (b), *cui hoc in sermone meo displicet, utrum alios in talibus rebus, quæstionibusque versatos intelligat? Et si ita est, ponat Librum meum, vel etiam, si hoc videtur, abjiciat; & eis potius, quos intelligit, operam, & tempus impendat: non tamen propterea putet, me tacere debuisse, quia non tam expedite, ac dilucide, quam illi, quos intelligit, eloqui potui: neque enim omnia, quæ ab omnibus conscribuntur, in omnium manus veniunt: & fieri potest, ut nonnulli, qui etiam hæc nostra intelligere valent, illos planiores non inveniant*

a Lucr. L. IV.

b August. L. I. *de Trinit*. C. III.

niant Libros, & in istos saltem incidant: ideoque utile est, plures a pluribus fieri diverso stylo, non diversa fide, etiam de quaestionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat. Summo itaque jure, id tandem unum, id inde consequi (modo aves addixerint) fore spero, ut quanquam evadat *facilis cuivis rigidi censura cachinni*; nec sint alicubi hodiedum defuturi (at quousque, pro Superi! hæc, alieno, tum honori tum nomini ac labori, clam arrodens palamque, pestis hominum serpserit?) nec sint, ajo, alicubi hodiedum defuturi, qui Augustini (*a*) locutione, *Ranæ sunt clamantes in paludibus limosis, quæ strepitum habere possunt, doctrinam veræ sapientiæ habere non possunt*; aderit tamen, qui bona saltem, qua est in omnes natura, jam nefas putet, ut & Operis ratio, & illud denique, de hoc meo edendo Opere, Eruditorum consilium, vel a quamlibet morosissimis Criticis improbetur.

a *Serm.* LXXXXV.

FUL-

FULGENTIUS STINCA

CONGREGATIONIS MONTIS VIRGINIS

ORDINIS S. BENEDICTI

ABBAS GENERALIS &c.

QUUM hoc Opus, cui titulus *Matthæi Jacutii Benedictini Congregationis Montis Virginis Syntagma, quo adparentis Magno Constantino Crucis Historia complexa est universa*, electi a Nobis Censores, quibus id commissum fuit recognoverint, ac in lucem edi posse probaverint, Nos harum serie, Nostrique plena auctoritate officii, facultatem, quantum in Nobis est, concedimus, ut jam typis mandetur. In quorum fidem &c.

Datum Laureti Montis Virginis die 4. Febr. 1755.

Fulgentius Stinca Abbas Gen.

Loco ✠ Sigil.

D. Johan. Chrysostomus de Martino a Secr.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F.M.de Rubeis Patriarcha Constantinopolitanus Vicesgerens.

ADPROBATIONES.

SI nihil est religione utilius, quantam debemus gratiam Eruditissimo Viro D.Matthæo Jacutio Benedictino Congr. Montis Virginis, qui suum omne Rei Antiquariæ studium eo contulit, ut novis quibusdam opinionibus strenue confutatis, quas vel Hæreticorum audacia, vel Criticorum improbitas adinvenit, egregium hocce *Syntagma, adparentis Magno Constantino Crucis Historiam complectens universam*, scriberet; atque ingenti monumentorum copia utrumque Piissimi Imperatoris Visum defenderet, ac illustraret? Magna ergo laus erit Auctori, qui hujusmodi Ostentum, vere divinum atque pulcherrimum, cum obscuris fabularum somniis minime confundendum esse demonstrat tantis Historiæ luminibus, ac tanta, quanta nemo unquam antea, dignitate. Prodeat igitur in publicam lucem præclarum hoc Opus, quod, typorum ope in posteritatis memoria, & prædicatione positum, nemo unquam sapiens non præstantissimum judicabit; si tamen ita censuerint Magistratus, ad quos, ut evulgetur, pertinet demandare. Nihil in eo comperi, quod vel Catholicæ Fidei, vel bonis moribus adversetur: omnia vero exquisita eruditione referta.

Dabam Romæ ex Ædibus Vallicellanis VII. Idus Aprilis Anno Domini MDCCLV.

Ego Joseph Blanchinius Presbyter Congregationis Oratorii Romani.

CUm in hoc Eruditissimo Opere, quod de mandato Reverendissimi Magistri Sacri Palatii perlegi, nihil repererim quod Catholicæ Religioni, ac bonis moribus adversetur, quinimo exquisitum luculentumque omnis historiæ delectum ad comprobandum, propugnandumque magnum, ac vere mirabile adparentis Constantino Imperatori Crucis Ostentum fuerim admiratus, hinc publica luce dignum existimavi, & Sanctissimæ Religioni nostræ perutile admodum, atque decorum.

Romæ in Sacro Quirinali Palatio V. Idus Aprilis Anno Domini MDCCLV.

Thomas de Emaldis ab Epistolis Latinis SSmi P. M. Benedicti XIV. Canonicus Basilicæ Lateranensis.

Syn-

SYntagma de Adparentis Magno Conſtantino Crucis Hiſtoria, Authore Cl. Viro D. Matthæo Jacutio Benedictino Montis Virginis, inter Arcades *Noriſio Nyſæo*, nobis perlegendum, & examinandum traditum Paſtoritio Nomine, communique ſigno edi, ac ob Operis, typis longe digni præſtantiam, bono publico pervulgari poſſe cenſemus.

Nicalbus Cleonienſis P. A. Cenſor.
Antonius Baldani SSmi D. N. ab intimo Sacello.

Brennalius Rethæus P. A. Cenſor.
P. D. Jo: Franncifcus Baldinus Congreg. de Somaſcha Exgeneralis, & S. Rit. Congr. Conſultor.

Lauriſus Fragienſis P. A. Cenſor.
P. Jo: Antonius Bianchi Ordinis Min. Obſerv. Sanctæ & Univerſalis Inquiſitionis Conſultor.

QUando ita viſum eſt Cenſoribus, qui librum ſupranominatum perlegerunt, perlectumque probarunt, Paſtoritio Nomine illum edere, communique ſigno imprimere jus eſto.

Datum in Collegio Arcadum; Neomenia Elaſebolionis Anno II. Olympiadis DCXXXIII. Ab A. I. Olympiade XVII. Anno I.

Myræus Ropheaticus Arcadiæ Cuſtos Generalis.
Abbas Michael Joſeph Moreò.

Loco ✱ Sigilli Cuſt.

Narindus Tritonides S. C.
Ab. Jo: Baptiſta Rizzardi.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Rmi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Ordinis Prædicatorum.

CAPI-

C A P I T U M

Σ Υ Λ Λ Ο Γ Η

CAP.IV.

SYN-

SYNTAGMA
QUO
ADPARENTIS MAGNO CONSTANTINO CRUCIS
HISTORIA
COMPLEXA EST UNIVERSA.
CAP. I.
UBI
Synoptica de CONSTANTINI *Visione Crucis Narratio; & Criticorum, de hoc Ostento Judicia recensentur.*

SI ulla jam, Romanæ insit monumentis Historiæ, horrenda dictu tyrannis [a], hæc nusquam certe conferri quiverit, adcenserique cum ea, quam in Romanos, longe, lateque grassatam esse accepimus, imperante Maxentio [b]; nam tunc Romani, insuetam gemendo servitutem ferebant; & *ne hoc ipsum quidem*, *quo in metu essent* (isthæc Pauli Diaconi

a Quivis profecto, vel me tacente intelliget, quod eo scilicet de quo dicimus tempore, jam post Romanos in execrabilem infamiæ notam abierat *Tyrannis* illud, ac *Tyranni* vocabulum, quod ob Principum quidem, suo passim imperio in Populorum perniciem abutentium immanitatem, acceptum tandem est ita; quum id primordio Ἐθνικὸν *Gentile* fuerit, ac Κλητικὸν *Adpellativum*, honoris nempe (ut Eustathius Iliad. 1. pag. 22. testatus fuit) plenissimum, Regiumque; utpote quia originationem petierat suam non ἀπὸ τῦ τύρειν τοῖς λαοῖς καὶ ἀνίαν ἐπιφέρειν, a *vexando* nimirum *Populo*, *inferendaque molestia*, sed a *Tyrrhenis*, vel *Tyriis* qui suam ob opulentiam, potestatem, splendorem (quorum intuitu, Isaias C.XXIII. *Tyrium* vocat המעטירה *Coronam* scilicet *imponentem suis*), toto ferme Terrarum Orbe, Summi Viri, ac Principes habebantur.

b Silens heic de Maxentio præteri-

coni verba sunt) *audebant palam ostendere*; quippe quum insanissimus Tyrannus ille Maxentius, non tam ira, impudentia, immanitate; quam effusissima Senatorum, Populique Romani cædis libidine agitaretur. Quamvis enim Imperii sui exordio, quandam visus is esset, vel Christianæ Religionis speciem simulare (a); tyrannide nihilominus stabilita,

teriturus non ero, illum nempe Patre Maximiano Herculio natum, falso, istius existimari Socerum a Baronio (Ad Christ. A.306.) hunc ob Nummum Maxentii



Quanquam enim Maxentius, velato inibi Capite (juxta Gentilium, Deos adeuntium morem) Herculium sibi Socerum, Divorum adscriptum numero, veneraturus adpareat, ex circumscripta Epigraphe IMP. MAXENTIUS DIVO MAXIMIANO SOCERO; inibi nihilominus non de Maximiano Herculio, sed de Galerio Maximiano, [quem nonnulli errore ducti Maximinum dixere; & quem reapse Lactantius, Socrates Eutropius, aliique, Maxentii vocant Socerum] facta mentio est; nam Herculii Ἀποθέωσιν a Maxentio ejus Filio habitam, Numisma exhibet aliud a Mediobarbo relatum, in quo scriptum sic est, DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIUS AUG. F.

a Sciens porro Maxentius, Christianos, propentiore in Constantinum animo omnes esse; ipsos ideo studuit, benignitatis, quibus posset officiis demereri, ne ullos sibi adversantes, Constantinoque faventes habens, metu se liberaret, omnique sibi ex parte stabiliret Imperium: quocirca *in ipso Imperii sui ingressu* [testis est Eusebius Hist. L. VIII. c. 26.] *nostram Fidem se complecti, quo Populo Romano placeret, callide simulavit; tantumque pietatis speciem præfetulit ut humanus ac valde mansuetus præ illis qui Imperium ante tenuissent, videretur.*

lita, nedum ipsos in Christianos (a), verum in quosque Romani nominis homines (b) debacchatus est adeo; ut ne solus in omnes atrox, sævissimus, fœdissimusque evaderet, Militibus laxavit suis, ad omne scelus habenas; *fruimini*, eis inquiens, *dissipate, prodigite*: sicque Urbs eo temporis, non unum modo Tyrannum illum Maxentium, sed tot Tyrannos quot Milites, perpessa misere est. Quum tanto itaque servitutis sub jugo, Terrarum Domina Roma, jactata undique esset; CONSTANTINUS, Constantii Chlori Filius, qui licet Galliis, Britanniisque regnaret (c), ipso nihilosecius

cum

---

a Quæ Maxentii fuerit postea in Christianos tyrannis, id exhibere vel unum potest exemplum, dum ejus scilicet jussu Marcellus Romanus Pontifex (uti ex Lib. de Romanis Pontificibus constat) *damnatus est* ad *Catabulum*, ad Jumentorum nimirum, publicæ utilitati inservientium Stabulum, quod, *Catabulum* dictum fuit a κα τάβαλλω *deorsum jacio*; quia, teste Papia, ibi *desuper aliquid jacitur*. Quare Catabulum illiusmodi, confundi nequit cum Amphitheatri Catabulo, seu Caverna, ubi Feræ ad Amphitheatri ipsius usum consueverant ali, & ad crudelitatem in Bestiarios erudirentur.

b Sævitiem, impudentiam, omniaque tandem illa, quæ Maxentius in Romanos exercuit mali genera, abunde prodit Eusebius (Hist. L. 8. c. 26. & Lib. 1. de Vit. Const. a cap. 27. ad 31.); ex quo isthæc solummodo (horrendiora ne proferam) commemorasse sufficiat, quod summa nempe Maxentii immanitate, mulieres jam gravidæ, dissectæ fuerint, Infantesque earum discerpti ut istorum sic viscera, magicarum præstigiarum causa scrutarentur.

c Quousque varia Romani Imperii fuerit (post factam hujus a Diocletiano ac Maximiano Herculio abdicationem) fortuna, nimius essem, si dicerem: verum extremis, ὡς λόγος ἐςί, labris referre modo præstabit, adeo nempe tunc temporis, Romanum ipsum Imperium divisum pluribus esse, ut in Oriente Maximinus, Liciniusque regnarint; in Occiduis autem Oris, Galerio Maximiano, Hispania cesserit, Africa, ac Italia, quam subinde Maxentius (interfecto, Herculii fraude Severo) tyrannice usurpavit; & solæ interim Galliæ, ac Brittanniæ, Constantio Chloro paruerint; cujus dein Imperii, hæres ab ipso institutus est Constantinus, dum e Galerii Maximiani custodia, fausto successu elapsus, sui illius ad Patris, jam extremum agentis spiritum oscula, opportunus advenit: at Maximino, & Galerio, miserrimæ mortis genere (quod Lactantius L. De Mort. Persec. refert) sublatis; devictoque subinde a Con-

cum Maxentio (sibi tamen infenso [a]), Romani adhuc Imperii consors erat, vindexque; CONSTANTINUS, ajebam, adflictæ adeo Romanæ rei, Copiis suis occurrere, sibi in animum duxit; *quoniam ipse* [b] *nec vitam sibi vitalem fore dicebat, si Civitatem omnium Dominam, & Reginam, ita ægre affectam esse pateretur*.

Sub id temporis ergo, quo jam Maxentius, ut se dictis, rebusque CONSTANTINI hostem ostenderet, Imagines ejus omnes, summo Tyranni ausu, palam Romæ dejecit, defœdavitque [c], ecce suam ab Oriente expeditionem in Italiam suscipit CONSTANTINUS. Sed dum ipse Maxentium (quem velut suum, Romanique nominis hostem profligandum parabat) multo se quidem majorem viribus esse; & ob Magorum, quibus ille indulgebat, præstigias, jam

---

a Constantino, virtute Crucis Maxentio; unus interim in Oriente superstes erat Licinius, qui a Constantino, post initum cum ipso fædus deficiens; ab ipso itidem, (Ch. A.CCCXXIV.) victus est Constantino; digno propterea, qui communi, summoque Ecclesiæ bono, ita tunc tandem, universi Orbis Imperio potiretur.

a Statimac post Constantii, Eboraci in Britannia obitum, Constantinus *in Imperii fuit Solio, tuto locatus; omnium ipse Barbarorum genera* (quemadmodum Lib. 1. c. 19. de Vit. Constantini, Eusebius narrat) *circa Fluvium Rhenum & Oceanum versus Occidentem insolentia, penitus repressit, & ex indomitis, efferatisque, mansueta effecit*: quæ Constantini tanta virtus ac laus, invidentiæ in illum caussa, fomesque fuit Maxentio, qui (si Zosimo L. 2. credimus) *non tolerandum putabat, Constantino quidem ex animi sententia rem succedere, qui muliere non Matrona genitus erat* (Helenam enim Constantini ipsius Matrem, Divus adhuc Ambrosius in Theod.Orat. *Stabulariam* dixit; at haud desunt qui illam, Filiam fuisse tradunt unius ex Britanniæ Regulis, nomine Coel); *se vero talis Imperatoris Filium, desidem hærere domi, aliis paternum Imperium obtinentibus. Quocirca adjunctis sibi conatus hujus Ministris, in Regium ab illis Solium collocatus est*. Quum scisset autem Constantinus, Romæ Imperium, Maxentium occupasse; res componere cum eo quæsivit: verum ille, uti narrat Nazarius (In Paneg. Const.) recusavit; ut sua sic magis, dominandi Tyrannide abuteretur.

b Vide Euseb. in Vit. Const. L. 1. cap. 20. usq. ad 23.

c Nazar. In Const. Paneg.

jam longe sibi validiore dignosceret opus esse præsidio, quam quod res militaris suppeditare soleret; Deum propterea, in adjutorem, auspicemque quæsivit, Deum scilicet illum, cui se olim, suus ipse devoverat Constantius Pater. Sat is probe tunc noverat, quod *eorum, qui ante Rempublicam attigissent, plerumque omnes spem suam in Deos plurimos conjecisse, eosque Victimis, & Monumentis coluisse; at primum Divinationum invitamentis, deinde Oraculis, quæ fausta, feliciaque auspicia ipsis denunciabant, in fraudem inductos, infelicem & plane calamitosum exitum reperisse* [a]; quum tamen contra, Parenti suo, qui *eorum condemnavit errorem; & solum Deum, administratorem rerum omnium, toto suæ vitæ spacio, veneratus jam fuerat* [b]; *Deus evidentia, variaque suæ virtutis, & potentiæ indicia præbuisset*: quocirca ipsum, quem Parens suus coluerat, enixe Deum rogavit, ut sibi tandem & luculentius se noscendum præbere, & suæ etiam, tanto tunc in discrimine conferre opis indicia dignaretur.

Quum hoc itaque CONSTANTINUS in Deum affectus animo esset; hostis Maxentius, omnia interim ingenti Militum multitudine cinxit, communivit, implevit: at non longe CONSTANTINUS [post devictum Veronæ, expertissimum Maxentii Ducem Ruricium [c]] ab Urbis aberat Vallo, ubi supremum debuerat is cum Maxentio adoriri certamen; & ecce quæ ei Visio, suo firmando ad victoriam animo, e regione Pontis Milvii, facta cœlitus est. Sole (ut Eusebius narrat [d]) pomeridianis diei horis, ad Occasum vergente, vidit is, suo integro cum Exercitu, *quod nempe lucis figuratum splendore, Soli imminens, esset, Crucis Christi trophæum*, hac ornatum Epigraphe EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ, IN HOC VINCE. Summa illico CONSTANTINUS ob

a Euseb. Ibid.

b Quousque Julius Constantius Chlorus, indulgentissimus, addictusque Christianis extiterit, diserte tradit Eusebius (L. 4. de Vit. Const. cap. 14. & 16.) & Lactantius (Lib. de Mort. Persc.): at quod reapse, Christianis ille Sacris initiatus jam fuerit; id & utinam tale esset, ut hoc a nobis indubie diceretur.

c Nazar. in Paneg.

d Euseb. Ibid.

ob Signum in Cœlo illud admiratione correptus, diu iccirco multumque, quid illiusmodi sibi vellet Ostentum, animo volutabat; quousque Christus, eodem illo cum Signo, in consequutæ tandem noctis quiete, ei dormienti adparens, eidem jussit, ut Signo bellico, ad cœlestis ipsius Signi similitudinem, protinus fabrefacto; ipso, suis in præliis, ut præstantissimo contra hostes præsidio, certissimoque futuræ signo victoriæ uteretur.

Simulatque illuxit dies, suis omnibus CONSTANTINUS Amicis, arcanum Visum narravit; ac Artificibus, qui aurum & lapides pretiosos, concinne sculpere noverant, arcessitis; iis, Signi conspecti effigiem, verbis suis describit; eamque protinus auro, pretiosisque lapididibus repræsentari mandavit militare Vexillo, quod vulgo cœpit, infrequenti ad id temporis nomine, dici *Labarum*. [a] Species hujus erat, Hastile quoddam oblongum, auro tectum susdeque, transversam habens, ad Crucis formam, antennam; quæ syparum, seu purpureum velum (ubi scilicet CONSTANTINI Filiorumque ipsius superstructæ erant Imagines [b]) inferne substentans; summo ejus in apice, Coronam habebat auream, medium habens græcanicum Christi nominis Monogramma, quod ex binis intertextis græcanicis Elementis *Chi* X, & *Rho* P, primis nimirum Christi nominis litteris digestum affabre erat; perindeac in mox adje-

a Quid de Labari vocis etymo; quid de ejusdem antiquitate, structuraque Vexilli dicendum sit, infra, Capite V. (ne iterato, idem visus sim dicere) exponetur.

b Si suam ibi, suorumque repræsentavit Filiorum Imagines Constantinus, jam non is ideo, a militarium Signorum forma, longe nimis abscessit; quippe quum Signa ipsa, nihil aliud fuere olim, quam hastæ quædam cum adfixis in apice congestis fæni manipulis; & horum vice, quoddam subinde consuevit adponi transversum hastæ ligneolum, supra quod manus eminebat figura; quam pone, quidam subjecti erant Orbiculi, in quibus Deorum primitus, Principumque tum postea insculptæ erant Imagines: imo Equitum in Vexillis, sive *Flammulis*, Imperatoris perçque nomen, aureis quidem litteris intertextum micabat; tametsi ceterarum Legionum in Signis, modo Aquila aurea, modo Lupi, Minotauri, Equi, Apri, Draconis, aliorumve Animantium formæ exprimerentur.

adjecto Constantiniani hujusce Labari ectypo exhibetur.



Signo itaque divino isthoc, Exercitum suum muniens CONSTANTINUS, volens ille fidensque, Copias statim omnes, suum in hostem Maxentium, ad Pontem Milvium movit: & illi tandem (cui ob visæ virtutem Crucis, promissum fuerat ut vinceret), terga dedit Maxentius; qui dum cæsa proinde acie, suaque frustratus spe, Romam sese reciperet, ac ipsa ideo perquam citissima, præcipitique ejus in fuga, Flumen ex adverso objectum, (*in quo lintribus junctis, & Ponte artificiose fabricato* [a], *machinam*, *qua* CONSTANTINUM, *adeo carum Deo, e medio sublaturum speravit, ad suum ipsius interitum construxerat*) jam coepisset trajicere; Dei tunc nutu, machinis ipsis, quas in Pontis junctione locaverat, interceptus, mox in Tyberis gurgitem, suis una cum Stipatoribus omnibus præceps demum erupit, absortusque miserrime ibi est. Sed postquam nuncium CONSTANTINO de jam prolapso in Tyberim, extinctoque Maxentio adlatum fuit; Corpus tunc ejus ab Urinatoribus quæri; invento, Caput abscindi; abscissum, hastæ cuspidi adfigendum, Romamque ita is denique

a Quum non modo ex Eusebio, (tam in Vita Const. L. I. C. 23., quam Histor. Lib. IX. C. 8,) sed ex Libanio, ex Aurelio Victore, ex Praxagora apud Photium (C. LXII.) aliisque jam constet, quod Maxentius, e machinali, soluto Ponte, ubi is Constantino præpararat insidias, præceps ierit in Tiberim; falsum est ideo, quod, ipsum ille in Fluvium, ex Ponte Milvio ruerit; uti Prudentius (Lib. I. advers. Symm.) obtestatus est ita,

Milvius exceptum Tiberina in
stagna Tyrannum
Præcipitans ......

que CONSTANTINUS deferendum mandavit: quo statim viso, *universus in gaudia, & vindictam, Populus Romanus exarsit* [a]; quum sic tandem aliquando, acerbo se dominatu levari, clarioribus lucis radiis frui, & renascentis vitæ statu potiri, excussa hostis ryrannide, videretur.

Sane nullus post Urbem conditam, lætus magis, ac celebris, Romanis dies illuxit, quam dum hi CONSTANTINUM, suo de Tyranno triumphantem Maxentio excepere. *Quis Triumphus illustrior? Quæ species pulchrior? Quæ pompa felicior* [b]? At CONSTANTINUS, suam ut illam de Tyranno victoriam, referendam tunc esse ostenderet virtuti Crucis jam visæ; Capitolii, ille, gradus [juxta ac triumphantium mos erat Imperatorum [c]] ad Sacra Djs faciunda [d], Donariisque [e] in gratiarum actionem [f] dicandis, haud qua-

---

a Nazar. in Paneg.

b Nazar. Ibid.

c Spectatissimæ Imperatorum triumphantium pompæ, id potissimum erat, ut de Foro nimirum Imperatores, ad clivum tandem deflecterent Capitolii; cujus plerumque gradus, Jovis usque ad Ædem, genibus adscendebant: uti de C. Cæsare, in Triumpho Gallico, memoriæ tradit Svetonius, in ejus Vita; & (ne alios referam) de Claudio, in Triumpho Britannico, Dio (L. LX.) fatetur.

d Sacrificia quidem maxima, Imperatores Capitolium adscensi, in Jovis Templo magnifice offerebant; Tauros nempe mactando, horumque præsertim albos, & a Clitumno (uti Virgilius, Georg. II. nobis tradit) petitos: qua præsertim in re, discrimen erat Triumphi ab Ovatione, seu minore Triumpho, in quo, Ovis non Taurus, (ut ex Halic. L. VIII. 67. exque Servio ad Æn. IV. 550. disces) litabatur.

e Quod suspendere in Jovis Templo Donaria (quæ Zonaræ sunt Ἀναθήματα) Triumphantes solerent, id de L. Æmilio, Livius (Lib. 3. c. 22.); de Pompejo, Polybius (Histor. L. XI.); de Augusto, Plinius (L. 37. c. XI.); de Alexandro, Svetonius, in ejus Vita testatur.

f Quum suum quippe Imperatores Triumphum, nonnisi maximæ erga eos immortalium Deorum beneficientiæ jam acceptum retulerint; triumphalem eorum ideo lauream, Jovis quidem in gremio (uti testis est Seneca Consl. ad Helv.) deponebant; & de gratiis, ei Numini actis, monumentum interdum aliquod posuere; quemadmodum illud est, quod apud Grævium (Volum. IX. pag. 1374.) relatum habes a Blondo.

GRA-

quaquam adscendit ; sed *illustribus Inscriptionibus*, *Colamellisque erectis* (a), *salutaris Christi Signi virtutem promulgavit* : atque Statuæ , quam ei Senatus , loco Urbis illustriore erexerat , Crucis peræque Signum figi in dextera jussit , Inscriptione (b) monente , quod eo scilicet veræ virtutis Signo, & adserta in libertatem Urbs esset ; pristinum suum Senatus Populusque Romanus , amissum decus reciperet ; & omnis denique Romano nomini gloria redderetur .

Satis ergo de adparentis MAGNO CONSTANTINO Crucis Historia , his hucusque narratis ; superest modo , ut Veterum , Recentiorumque subjiciamus Criticorum judicia . Quibusdam olim Gentilibus , CONSTANTINI Visionis narratio , (Gelasio Gyziceno testante (c)) *uti fabula visa est* , *ac figmentum* , *firmandis nostris dogmatibus excogitatum* . Ac non absimiles ab his quidem fuere , qui aut cum Oiselio (d), enarratum Ostentum illud , ad Christianorum quorumdam veterum fabulas retulere ; aut cum Tollio (e) , purum putumque fuisse ajunt CONSTANTINI

B Stra-

GRATIAS . TIBI JUPITER . OPTIME .
MAXIME .
TIBIQUE . JUNO . REGINA .
ET . CAETERI . HUJUS . CUSTODES . HABITATORESQUE . ARCIS . DII .
LIBENS . LAETUS . AGO . RE . ROMANA .
IN . HANC . DIEM . ET . HORAM .
PER . MANUS . QUOD . VOLVISTI . MEAS .
SERVATA . BENE . GESTAQUE .
EANDEM . ET . SERVATE . VT . FACITIS .
FOVETE . PROTEGITE . PROPITIATI .
SVPPLEX . ORO .

a Euseb. In Vit. Const. L. I. c. 33.

b Sermone quidem latino , hanc ibi posuit Constantinus , (ut idem refert Eusebius , Loco proxime præcitato) Inscriptionem .

HOC . SALVTARI . SIGNO . VERO . FORTITVDINIS .
INDICIO . CIVITATEM . VESTRAM .
TYRANNIDIS . IVGO . LIBERAVI .
ET . S. P. Q. R. IN LIBERTATEM . VINDICANS .
PRISTINAE . AMPLITVDINI . ET .
SPLENDORI . RESTITVI .

c In Act. Pr. Nic. Syn.

d Jacob. Oiselius Thesaur. Numism. Antiq. pag. 463.

e Quam Constantinus enarravit Euse-

Stratagemma, ut heinc is ita, Duce nonnisi Deo, & ad Prælium perrexisse, & victoriam obtinuisse diceretur. Sunt post hos, cum Samuele Basnagio [a], Novatoribusque cum aliis adhuc ii, qui Constantino adparuisse negant in aëre Signum Cru-

---

Eusebio Visionem, eam Jacobus Tollius cum *Stratagemmate* comparat, quo usus fuit Antigonus, Alexandri M. successor. Nam ecce tibi, quo ille pacto in sua Gallica Longini Editione effatus est. *Mais moy trouvant que le Roy Antiogus successur d' Alexandre le Grand s' est servy du meme* stratageme, *feignant a, avoir veu au ciel un Pentagone, qui est se symbole du salut, avec ces paroles*, In hoc Signo vinces; *qu' il le fit peindre aux boucliers de ses Soldats, & gaigna ainsi la Bataille*. Quam dissimilis autem, hoc ab adlato, nullius ceterum fidei, Antigoni Regis exemplo, narratio sit Constantini, de Cruce ei adparente; sat ex jam dictis, exque aliis infra, Capite sequiore dicendis, luculentissimum erit: at prætermissum hoc tamen loco non velim, quod si olim in Præliis, inque Byzantinorum præcipue Imperatorum Militia, jam Pentagonus, seu Pentalpha,



quinque cujus in angulis scriptum erat ΥΓΙΕΙΑ i. e. *Salus*, vel *Sanitas*, cærulea quadam in Tabula præstari mos esset ab illo Militum Ordine, qui dici tunc consueverant *Propugnatores*; id inquam moris, non eo fluxit, quia nimirum Pentagonus tributus fuerat aliquando Militibus (uti Crux Constantino) pro victoriæ Signo; sed quia *Militum*, *Pentagonum prægestantium opera* (quemadmodum ex Pier. Val., Hieroglyphic. Ægypt. Lib. XLVII. scite constat,) *salus tunc Exercitui comparabatur*. Salutationis quidem genus, vox ΥΓΙΕΙΑ jam fuit; nam antiquitus (si vera sunt quæ Lucianus, de *Salutatione* commemorat,) consalutari solebant invicem homines voce χαίρειν i. e. *gaudere*; dein vero a Platone, salutationis vox isthæc commutata est in εὐπράττειν, i. e. *bene agere*; & ab Archyta, post Pythagoram in ὑγιαίνειν i. e. *bene valere*: quæ postrema sic cœpta consalutatio, Epistolarum potissimum in officio, non modo adhibita a Græcis est, quam Latinis, qui illiusmodi Græcæ voci, jam ad hæc usque tempora substituerunt *Salutem*. Somnium itaque ex eburnea porta credi merito poterit, quod ob Antigoni commentum illud, Pentagonus pro victoriæ Belli symbolo haberetur.

a In Annal. Ecclesiast. Polit. T. 1.

Crucis; & in quiete duntaxat noctis, spectatum, ajunt, a CONSTANTINO fuisse, Christi Crucis id Signum, quo ille perterrefactus, ei statim Angelos adstitisse dicentes IN HOC VINCE.

Sectati fuere autem tam ex Catholicis, quam Ecatholicis (a) alii, Eusebium, qui, ut retulimus, & die primum in aëre spectatum narrat a CONSTANTINO fuisse Christi Symbolum Crucis, hocce junctum cum Lemmate ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ, IN HOC VINCE; & in quiete subinde noctis, Christum, subjungit, cum Crucis Signo, quod jam in cœlo adparuerat, se se spectandum ipsi quidem dedisse indormienti Augusto, eique tunc demandasse, ut novum illico is extrueret militare Vexillum, in quo Signi conspecti ectypon, ad suum quippe adversus hostes præsidium, ac ad futuram Adparitionis sibi factæ memoriam servaretur.

Quid hujus autem, de adparentis in cœlo Crucis ratione, vel caussa judicatum nunc sit, satis habes, ut puto, nostri hujus ex Operis Anteloquio; quo sane constitit, Joh. Albertum Fabricium jam totum esse, ut probet, Adparitionis illius caussam, ad Solaris nonnisi Halonis Phænomenon revocari debere (b: At illi contra qui superbe non sapiunt, Ostentum isthoc, non Solis positu, vel naturalis cujusvis generis caussa, verum excelsa, solaque factum existimant manu Dei.

Quamvis nulla nunc autem post Catholicos, de Divino in illa Crucis Adparitione prodigio, dubitatio sit; de ejusdem nihilosecius Ostenti Tempore, atque Loco, non idem illi sensere: nam ex his alii, Ostentum illud, in Vulgaris conjiciunt

B 2 Æræ

a Quorum profecto Ecatholicorum in numero, Magdeburgenses, Centururiarum Scriptores recenseri jam debent, quippe qui, quarta in Centuria (Capite nempe II., & XIII.), Eusebianam de Cruce Constantino adparente, narrationem quam referunt, se pro vera, indubiaque recipere, haudquaquam obscure testati sunt: quocirca nescio, quo Molinetus errore (in Ephemerid. Parisi. Ann. 1681., p. 131.) Centuriarum Scriptores hosce, Visionem Crucis illam inficiatos esse fatetur.

b Quod Fabricii adinventum, Jo. Andreas Schmidius (in Dissertatione, *De Luna in Cruce visa*, *& in Historia Sæculi* IV. *fabulis maculata*, Helmst. edit. A. 1681.) amplexus est.

Æræ Annum cccxii. dieque vii. Kalend. Novembrium; alii, id ante tempus, ante Alpes nimirum a CONSTANTINO, bellum ob ipsum Maxentianum transvectas, contigisse putarunt: & dum aliqui id Crucis Signum in Galliis, nonnulli in Germania, quidam nostra in Italia visum prædicant; adhuc varii nihilominus, ipsi adeo sunt, ut, si in Galliis; alii Augustoduni, Vesonsiense in Urbe alii, aliique in Galliarum, quem prorsus nesciant loco: si in Germania; alii ad Noviomagi [a], alii ad Sinciaci [b] Agrum, aliique trans Rhenum, loco tamen incerto: si in Italia; alii quidem Veronæ, Romæ hinc tandem ceteri, e regione Pontis Milvii, adparuisse testentur.

Sed nec unus peræque de adparentis ipsius Crucis Effigie, est cunctorum consensus. Quidam nanque, solum nominis Christi Domini Monogramma [c]; solam alii Crucem; alii Crucem cum Monogrammate a CONSTANTINO visam adfirmant: Quo sane fit, ut num in Labaro (quod CONSTANTINUS, ad conspecti abs re Signi similitudinem fabrefieri mandavit) num, ajebam, in Labaro, Crux, ob receptam militarium Vexillorum structuram, vel ad visæ figuram Crucis promendam, sit compacta; numne illud, quod CONSTANTINUS repræsentavit in Labaro, Christi Monogramma, modum hunc ☧ vel ex his aliis ⳩ ☧ aliquem præsetulerit; & num hæc denique repræsentandi Christi Domini Monogrammatis consuetudo, priora, vel nova sua a CONSTANTINO repetierit exordia, disputetur.

De circumposita ad visam Crucem Epigraphe EN TOYTΩ NIKA, mota quoque lis est. Sane negat cum Bunemanno Fabricius, quod Epigraphe illiusmodi, reapse fuerit circa visum in aere Crucis Signum inscripta. Ex illis vero qui hanc Epigraphen revera scriptam, junctamque adstruunt Cruci, alii eam Græcis, Latinis alii litteris, fuisse ajunt ex-

a Germaniæ Pagus in Trevirensi.

b Quoddam Germaniæ in Ducatu Juliacense Oppidulum.

c Si quis fortasse, ecquid sit *Monogramma* postulabit heic tandem, id (nemo licet sit unus, qui ne vel fando inaudierit quandoque) nil sane aliud γενικος esse sciat, quam compendio descriptum nomen, *quod magis intelligi, quam legi promptum est*, uti Symmachus (L. II. Epist. 21.) suo de Monogrammate loquebatur.

expreſſam. Nec deeſt tandem, qui non illam cum Cruce conjunctam credit Epigraphen, ſed quod ejus ſolummodo characteres, in Crucis congeſti Formam, adparuiſſent in Cœlo. Atque potiſſima iſthæc ſunt Criticorum, de facta illa IMP. CONSTANTINO AUG. Adparitione Crucis judicia; quæ ut excuſſa æquo ordine ſint, præſtabit ideo, ut primo quidem de Hiſtoriæ diurni illius, nocturnique Crucis Oſtenti, CONSTANTINO exhibiti veritate ſit ſermo; & de ceteris inde aliis, καθ' ἕκαςον profecto, ac ex præfixo huic Operi Indice pertractetur.

C A P. II.

De Diurni, Nocturnique Oſtenti Crucis CONSTANTINO exhibiti veritate: ſicque planum heinc fiet, quod qui Crucem a CONSTANTINO, & die primum ſub dio, & in viſu ſubinde noctis ſpectatam eſſe non probant, digni iidem ſint, qui jure quidem ac merito, intemperatioris, pravæque Critices vitio poſtulentur.

SI diurna præprimis illa, nocturnaque Crucis Viſio CONSTANTINO exhibita, non aliunde profecto velit, quam ex adlatis Auctorum veterum, Antiquitatumque monumentis indubiis definiri; non majoribus ea certe, melioribuſque tueri rationibus poſſet, ni quibus ipſa tuetur. Summe heic opportunus, primuſque adiit Euſebius, qui CONSTANTINUM, ſuo integro cum Exercitu, in Cœlo Crucem vidiſſe; & eidem peræque Auguſto, Chriſtum in Viſu noctis, eodem illo cum Crucis Signo, adparuiſſe enarrans [a]; θεοσημεία, ita graphice ſubdit, τις ὑπφαίνεται παραδοξοτάτη ἣν τάχα μὲν ἄλλου λέγοντος οὐ ῥάδιον ἦν ἀποδέξασθαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ νικητοῦ βασιλέως τοῖς τὴν γραφὴν διηγουμένοις ἡμῖν μακροῖς ὕστερον χρόνοις ὅτε ἠξιώθημεν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ ὁμιλίας ἐξαγγείλαντος ὅρκοιρ τε πι-

a Lib. I. de V. Conſt. C. xxxviii.

πιστωσαμένου τον λόγον , τίς ἂν ἀμφιβάλοι μὴ οὐχὶ πιστεῦσαι ; quod si nempe , quid idem ab alio quopiam dictum esset , haud facile quis fidem esset habiturus : verum quum ipse Victor Augustus , nobis qui Historiam scribimus , longo post tempore , quum videlicet in ejus notitiam & familiaritatem pervenimus , id retulit , & sermonem confirmavit Sacramenti religio, quis posthac, fidem huic narrationi habere dubitabit? Sed jam gnarus is eram de eo Zosimi (a) , plusquam certe vatiniano in CONSTANTINUM livore , quo ille motus , pientissimum Augustum hunc , in Sacramenti religione violanda adsuetum fuisse sychophantatur . Quid vero hominis iste Zosimus est ? Sane qui in Historia , tot ingentia affaniarum , mendaciorumque agglomeraverit plaustra , ut tu vesaniam mirere magis , quam mentientis hominis impudentiam (b) : quocirca risu, atque sibilis potius, quam confutatione quadam seria, dignus esse censetur . Silens heic tamen ego prætermissum non velim , quod quum nempe Prothagoras Atheniensis , Ethnicæ licet , ut ille Zosimus , superstitionis homo, commemoret, *ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ , καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ Βεβασιλευκότας ὁ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο* ; *quod omni* scilicet , *virtutum & honestatis genere , omnique adeo felicitate , omnes omnino qui se antecesserunt Imperatores , facile obscuravit* CONSTANTINUS (c) ; nonne ipsa proinde erit meridiana luce nitidius , quod Augustus nimirum ille , suæ servandæ saltem honestatis intuitu , nusquam omnino Sacramenti religionem , manifestissime violare mendacio ausus esset in re , quæ non tam ejus solius , quam testimonio debuerat inniti sui totius Exercitus ;

cujus

a Lib. II. C. XXVII.

b Quam nimius is certe essem si cuncta Zosimi in Constantinum turpissime mentientis , heic adferrem exempla : quocirca unum , quod re cum ipsa de qua dicimus , consonat , satis sit vice omnium exhibere ; quod ille scilicet , factam cœlitus Constantino Signi Crucis Visionem silentio prætermittens; visam adseruit (Lib. II. C. XVI.) a Constantino ipso fuisse, nescio quam Noctuarum , muros Urbis opplentium multitudinem : quod sicut ipse , Auctore nemine refert , ita nemo sanæ mentis est hodie , cui probetur .

c Apud Phot. Cod. LXII.

cujus perplurimi, Eusebio hæc scribente, jam superstites erant [a]; eumque ideo, vel falsitatis vel imposturæ omnium insanissimæ arguissent profecto, si CONSTANTINUM, Exercitumque illius omnem, in Cœlo Crucem spectasse mentiretur?

Quum

a Synchronus certe, ocularisque eo de Crucis Ostento testis fuit Arthemius; quippe qui, in Apostatæ Juliani conspectu, susceptæ suæ Christianæ Fidei caussam (ob quam ille, eo ab impio Cæsare, Augustali sua exauctoratus est Præfectura, quæ, ut constat ex Tit. in ff. de Offic. Præfect. August. Magistratum constituebat, qui sex Ægypti Provinciis Jus dicebat) constantissime vindicans; isthæc Magno de Constantino, eidem Imperatori confessus nitide est. *Ad Christum declinavit* (ita enim in Actis prostat Arthemii apud Surium, ad Diem xx. Decembr.) *ab illo vocatus, quando difficillimum commisit prælium adversus Maxentium. Tunc illi in Meridie adparuit Signum Crucis, radiis Solis splendidius, litteris aureis, Belli significans victoriam: nam nos quoque ipsi id adspeximus, quum Bello interessemus, & litteras legimus: quin etiam totus quoque idem contemplatus fuit Exercitus, cujus multi sunt testes in Exercitu tuo*. Scio Arthemii apud Surium Acta, traduci jam velut spuria a Bailleto (ad Diem xx. Octobr.): & quamvis aliqua de Arthemio, non ipse modo Bailletus, quam Hermantius (L. x. C. II. in Vit. Sancti Athanas.), Tillemontius (Tom. VII. de SS. Gest.) Fleuriusque (in Hist. Lib. xv.) recenseant; ab ipsis tamen, ea Arthemii, quæ mox ab Surio recitavimus verba, minime recensentur. Sed nullam prorsus subodorati, Arthemianis iis in Actibus νοθείας notam fuere Viri summi Baronius (in Notis ad MRolog. R. ad D. xx. Octob., & ad Christ. An. 312.) ac Ruinartius (in Act. Mart. pag. 507.); quorum postremus, postquam hæc de Arthemio commemoravit, *celebris est etiam Arthemii Martyris, Ducis olim Militum in Ægypto, memoria, qui capite obtruncatus est, apud Theodoritum L. 3. Hist. Eccles. c. 18., & Ammianum Marcellinum L. 22. c. 11. Ipsius Festivitatem Græci & Latini recolunt Die x. Octobr. qua die ejus Acta ex Metaphraste referuntur apud Surium*: postquam hæc, ajo, Ruinartius, de Arthemio retulit; sic ipse statim, Arthemiana ista quæ laudat, apud Surium Acta, pro veris probat, addendo, *omisimus alia multa de compluribus Martyribus, qui sæviente Juliani persecutione passi sunt; quorum Acta, incerta sunt & dubiis rebus, & quandoque falsis omnino intermixta: visum est quippe sufficere de iis tantum Martyribus hic seorsim agere, quorum vel Acta sincera habemus, vel eorum Martyrium in probatis Auctoribus refertur*. Quoniam vero, rem præstat ex æquitate,

Quum illud ergo quod Eusebio, CONSTANTINUS, Eusebiusque ex CONSTANTINI id adjurantis ore, Posterorum memoriæ commendavit Divinum Crucis Ostentum, jam, uti novimus, haud uno a CONSTANTINO, sed ejus integro liquidem ab Exercitu spectatum nitide fuerit; prodeat nunc, eatque tandem, si potis forte sit Tollius, & CONSTANTINUM hac in re usum autumet *Stratagemmate* vel Regis olim Antigoni [a], qui sibi in aëre testatus fuit a paruisse Pentagonum, ubi scriptum sic esset **ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ**: aut Antiochi Soteris Regis [b], qui sibi in somnis, ab Alexandro Macedone jussum esse narravit, ut suis nempe Militibus, tesseræ loco datus esset Pentagonus in quo nomen **ΥΓΙΕΙΑ** prægestaretur. Ecquis hercle non dixerit, quod narrata Ostenta isthæc, sin alia unquam caussa, jam ob id saltem, quod unius solummodo, dormientisve nonnisi testis narrationi sint nixa, maximam quippe præfacti fuci, falsitatisque injiciant suspicionem? At eo procul a CONSTANTINI de qua dicimus Visione, tale quidpiam abest, ut illam potius, omni qualibet vera re veriorem, ejus saltem *πληροφορίας* ob famam, quæ totum longe, lateque Orbem complevit, coactus sis confiteri: nam usque adeo præclara isthæc, de Cruce in Cœlo CONSTANTINO adparente, deque parta contra Maxentium id ob Signum victoria, fama crevit; ut heinc passim in præliis se se erigere consueverint

tate, bonaque fide transigere; demus, si ita malit, demus age Bailleto, nævos quosdam in Acta Arthemii, qualia sunt apud Surium irrepsisse: Acta tamen hæc ipsa, falsis susdeque, dubiisve scatere rebus, nec ipse dicere potis erit Bailletus, qui haud pauca de Arthemio probat, quæ in illius, penes Surium Actibus, adhuc extant: Heinc si non omnia Acta isthæc, Bailleto metipso judice, censeri spuria poterunt; securnam saltem cum paucis quæ vera erunt, reponi modo non debet, ea Arthemii, quam in Surio legimus, de Constantini Visione confessio; maxime tandem, quia nedum cum Eusebii, quam nos ante retulimus narratione, sed cum Arthemii ipsius tempore, vitæque genere consonet exactissime; quippequum Commilitonem hunc ipsum, Constantini in Exercitu depugnasse, nemo sit, a quo merito denegetur?

a Vid. Notation. pag. IX. L. e.

b Rem narrat ex Luciano, Pierius Valerian. Hieroglyph. Ægypt. L. XLVII.& LX. Sed nostram mox indicatam Notat. tu confer.

rint spe victoriæ Milites, adclamatione hac facta, Νικητήριον τοῦ Σταυροῦ *Victoria Crucis* (a): & CONSTANTINI æmulatores gloriæ Imperatores nonnulli, nedum Crucem in Exercitibus in more habuerint præferri (b), sed suis Crucem in Armis (c), suisque Crucem in Labaris expressam esse voluerint: quocirca duo, mox inferne subjiciam Joviani Nu-

C mis-

a L. de Bellic. Adpar. c. 11. §. 69. de quo vid. Gretser. T. 1. L. 11. de Cr.

b Quod Crux in Præliis, exemplo siquidem prævio Constantini (qui nedum Exercitui præire statuit Crucem, sed *Tabernaculum adhuc Crucis*, ex Eusebii, Socratisque narratione, *in more habuit figere extra Castra*) prægestari soleret, jam satis liquido, testatum nobis reliquit Theodosius M. qui, teste Theodoreto (L. 5. Hist. Eccl. 24.) cum Eugenio decertaturus Tyranno, *Crux*, inquit, *ita nostrum Exercitum antecedat, sicuti illa* Herculis Statua, *ab Hostium Exercitu antefertur*. Simile etiam gestum refert Prudentius (L. 2. contr. Symm.) dum ille Prælium, in quo Stilico, Anno x. Arcadii & Honorii, victoriam de Gothis tulit, enarrans, Hastam inibi, quæ Christi Apicem, seu Crucem efferret, perlatam esse fatetur.

> . . . . . *Cecinere Tubæ, prima Hasta Draconis*
> *Præcurrit, quæ Christi Apicem sublimior effert.*

Sed prætermissum de Phritigerne, hac ex re nata non velim, quod Athanaricum Gothorum Regem, Gothus & ipse, antecedente Cruce jam fudit, profligavitque; unde in Actis Nicætæ Mart. apud Surium (Tom. 5.) *Phritigernes*, narratum est, *accepto Thraciæ Exercitu, & eo qui sibi remanserat, transmisit Istrum. Itaque ferentes divinam Christi Crucem Milites, præcedentem omnes Copias, Prælio confligunt cum adversariis; & eum* (Athanaricum) *qui vicerat, facile vincunt; & illius multitudo partim quidem cæditur, partim capitur*.

c Ac usque adeo, hæc obsignandi in Armis Crucem, a Constantino occæpta consuetudo, subcrevit, ut multæ ideo Legiones, (quas in *Notitiæ utriusque Imperii* Libro numeratas invenies) in Scutis Crucem gestarint, *Batavi* scilicet *Seniores*, *Martiarii Juniores*, *Mattiaci Senioris*, *Victores Constantiniani*; *prima Flavia Theodosiana*, *Secunda Felix Valentis Thebeorum*, *Prima Flavia Gemina*, *Ascarii Seniores*, *Regii Secundani*, *Prima Flavia Pacis*, *Geminiacenses*, *Taurunenses*, *Comaginenses*, *Armigeri*, *Constantiaci*, cum sequentibus: atque ex ista, signandorum Cruce Scutorum consuetudine, ortum reputant aliqui, ut in quibusdam Gentilitiis Urbium, Familiarumve Stemmatibus, Crux multifariam, uti notum est omnibus, exprimeretur.

mismata (a) inde ut ἀνάλωτος dictis fides, ac ratio adservetur.

I



II



Sane horum in primo obequitantem hunc cernis Impera-

---

a Joviani hos Nummos, Baronius (ad Chr. ann. 393.) se in Pyrrhi Ligorii, *de Antiquis Nummis* Volumine testatus est invenisse, quorum ille priorem, in Urbe cusum existimat, eo ex nomine ROMA. Ob Epigraphen autem illam ADVENTVS AVGVSTI, reditus utique Antiochiam designatus est Joviani, ab eo Persico bello, quod ante moverat, suaque morte imperfectum reliquerat Julianus Apostata: cujus licet Imperio, Jovianus successerit, adeo tamen ab impietate, vesaniaque ejus abhorruit pientissimus Princeps, ut ablatum ab illo Fidei transfuga Crucigerum Constantini Vexillum, sive Labarum, restituerit solicite; nec ullos, suo in Exercitu habere Milites voluit, ni Christianam cum ipso religionem profiterentur. Sed quod alii peræque Impp., Crucem, suis voluerint repræsentatam in Labaris, id eorumdem præsertim Nummis ostendere potis ero fidenter. Nam ecce tibi (etiamsi Crispi Cæsaris præterirem, Liciniique Numisma, de quo, num Crucem illud, Denariive Notam præseferat, Norisius, Tristanus, Patinus, aliique disceptant) depromtus hic a Ligorio post Baronium (Ann. Chr. 312.) Valentis Nummus;



in quo Valentis Imago, dextera Labarum, Signo emicans Crucis, sinistra

ratorem , quem Miles quidem , manu præferens Labarum , Cruce Chriſti in apice inſignitum , præcedit ; retroque vero , Imago exſtat Victoriæ , id monentis profecto , quod virtuti nonniſi Crucis , Auguſtus ille , ſuam quancunque de inimicis victoriam , jam acceptam referret : quod in altero autem Auguſti ejus Numiſmate ſpectas Labarum , ſummo habet in apice , Crucis Signum , in ſyparo , Chriſti nominis Monogramma , binoſque tandem , pedis ejus ad latera revinctos exhibet milites , lemmate hoc adpoſito VICTORIA AVGVSTI ; ut ſic relata ab Joviano victoria , nonniſi a Cruce , prævio ſiquidem CONSTANTINI exemplo , arceſſeretur .

ſtra vero Victoriolam gerens , repræſentatur . Atque heic falſitatem noſcas velim Criniti qui (L. IX. de Honeſt. Diſcipl. C. 9.) Valentem , & Theodoſium juſſiſſe ſcribit Eudoxio , ut Crucis nempe Imagines ſeu ſculptæ , ſeu pictæ , ſeu quavis alia conſtitiſſent materie , abolerentur . *At dignus profecto fuit* , eloquentiſſimus quidem inquit de Crinito Muretus (L. XIII. Lect. c. 8.) *qui falſi pœna plecti debeat , auſus ſanctiſſimæ Conſtitutionis verba corrumpere , & ad eam impietatem detorquere.* Juſtinianeo enim in Codice (L. I. Tit. 8.) tale habes Edictum. *Impp, Valent. & Theodoſ Auguſti Eudoxio P. P.* (Præfecto Prætorio) : *Cum ſit nobis cura diligens in rebus omnibus ſuperni Numinis religionem tueri , Signum Salvatoris Chriſti, nemini licere , vel in SOLO , vel in Silice, vel in Marmoribus HVMI poſitis inſculpere vel pingere : ſed quodcumque reperitur , tolli , graviſſima pœna multandos eos , qui contrarium Statutis noſtris tentaverint , imperamus. Dat. 17. Kal. Jun. Hierio & Ardaburio Coſſ.* Quæ advertenda de hoc occurrunt Edicto , duo potiſſimum erunt : *Primum* , ſcilicet , non ſub Valente , ac Theodoſio M. datum illud fuiſſe , uti falſo , oſcitanterque adſeveravit Crinitus ; ſed ſub Valentiniano , alteroque Theodoſio prodiiſſe , quum iſti ſimul , non illi fuerint Imperium moderati ; tametſi Junioris Theodoſii A. XX. Valentiniani viciſſim A. III. iſthæc lata lex fuerit , & in Codicem deinde Juſtinianeum relata : *Secundum* vero , quod ob ſummum profecto nefas , hoc ab Edicto , vocem HUMI , & SOLO Crinitus quidem , ceterique cum illo *Σταυρομαχι* , *Inimici* videlicet *Crucis Chriſti* in ſuis illis , quas produnt Editionibus , eo deraſerint fine , ut Augg. proinde illi , jam univerſim viſi eſſent vetare Signi Crucis Imagines ; quum illi con-

Sed ecquemne potuerat olim latere, quod CONSTANTINUS, non Deorum auspicio, verum ostensæ sibi Crucis virtute retulisset victoriam, postquam media, is quidem Urbe (uti dictum est antea) in adsecutæ de Maxentio, omnique ejus factione victoriæ monumentum, Crucis Signum erexerat [a] certe omnium prior? Jam is ipse CPoli, *Crucem, quam*

contra, nonnisi HUMI & SOLO effingi Crucis Figuras (ne ita pedibus conculcari incedentium per quam facile possent) prohibuerint; quemadmodum ab Sextæ Synodi PP. (Canon. 73.) aliisque tandem Ecclesiæ Sanctionibus prohibetur. Quæ quidem præfati Edicti, nunc exposita lectio, nedum in antiquissimo apud MuretumCodice, verum in omnibus, iisque etiam quas publicarunt Hæretici Editionibus, ita graphice exstat, ut Pseudoevangelicus quamvis homo Pantaleon (apud Alan. Cop. LIV. C. 11.) non dubitarit asserere, quod *Theodosius, habito conventu, lege probibuit, Crucem vel Signum Salvatoris in SOLO, Silice, aut marmore HUMI posito insculpi, ne hominum pedibus tereretur*. Ut unde autem, ubi primum digressus fuit, ibi redeat sermo; jam, ne longum is faciam, contentus ero si addam, quod si tantum vel Christiani præsertim Cæsares, suis olim in Labaris deferre novimus Cruci; ecquis est, rogo, qui neget, quod id nempe a Constantini, ob ei exhibitam in Cœlo Crucem, triumphantis exemplo repeteretur?

a Quum Constantinus, Imperatorum primus omnium fuerit, qui in totius conspectu Urbis, trophæum illud erexerit Crucis Christi, jure iccirco universorum ipse Cæsarum primus, Christianismi professione prçluxisse videtur. Sane nobis in id non obstat opinio Eruditorum quorundam, qui sin priorem, Christiana in ea Fide fuisse putant Tiberium (dum referente Tertulliano, *ea, quæ veritatem Divinitatis Christi revelaverant, detulit ad Senatum, cum prærogativa suffragii sui*) sin Æl. Hadrianum (dum is, in omnibus R. Imperii Civitatibus, quędam sine Simulacris jussit construi Templa, quæ dedicare Christo Domino voluisse; uti refert Lampridius, fama erat) sin M. Antoninum (qui ob obtentam, in Quadrorum regione, ad Christianæ sui Exercitus Legionis preces, siti ad mortem adigente Exercitum, imbris copiam, mox, *Christianos*, ut ex Dione, Xiphilinus enarrat, *honore affecit, ipsamque Legionem* Κεραυνοβόλον *sive fulmina jaculantem appellavit*) sin Severum Alexandrum (dum Templum itidem Servatori Divino nostro cogitavit is condere, ejusque proinde Effigiem, in suo servatam Larario, matutinis solebat horis revenerari) jam hinc saltem Philippum, quem

quam in Cælo viderat, *in Fori area*, Codino teste, *adfixerat*:

---

quem vocant *Arabum*, Imperatorum certe omnium primum, Christianæ eidem religioni (prænimis licet contradicente Monilia) dedisse nomen existimant, auctoritate præsertim, vel Vincentii Lirinensis, Orosii, Paullique Diaconi, aut MRologiorum Usuardi, & Adonis, nec non Mss. a Bollandi Continuatoribus editorum, quibus in omnibus, ad diem 14. Maji, mentio siquidem instituta est S. Pontii, cujus industria, Philippos Cæsares duos, Parentem nempe & Filium, Christianam ad Fidem conversos esse narratur. Quantumvis enim Philippos hosce, Christianis Sacris putaveris institutos fuisse, non ii tamen, susceptam fuere Fidem publico quopiam monumento professi: quadere, si Eusebius, in Historia, Philippnm Patrem, Christianorum primum Cæsarum dixerit, & eadem peræque laude, Constantinum, in Libris de Vita ejus cohonestarit quammaxime, nulla ideo in Eusebio *ἀντιλογίας* est nota (ob quam creata præpostere juniori Pagio fuit de Eusebii Librorum interpolatione, subdubitandi occasio) propterea quod Philippum illum, Eusebius, in occulta, & Constantinum, nonnisi in publica Christianæ unius Fidei professione Antesignanum laudavit: nam Constantinus post Visionem quam is habuit Crucis, *Romanorum primus Principum* (inquit ita Lactantius Lib. 1. cap. 1. de fals. Relig.) *repudiatis erroribus*, *Majestatem Dei singularis*, *ac veri & cognovit*, *& honoravit* tunc adeo, ut dum Episcopi Donatistæ (testimonio Optat. Milevit. L. 1. adver. Parmenion.) illius poscerent, sub Melchiade Papa, contra Cæcilianum judicium, *petitis abs me*, respondit, *in Sæculo judicium*, *quum ego ipse*, *Christi judicium expectem*; quibus ille ex verbis, luculentissima universis exhibuit Christianismi specimina, tametsi eo temporis nondum sacro fuisset ipse Baptismate initiatus, sed fide tantum ac animo, sin ritu quidem, ac nomine Cathecumenus esset, prout tunc illum, Eusebius, existimasse videtur. Quam falsa itaque, nec imo digna quæ audiri nunc possit, opinio est aliquorum, qui Constantinum, sub Melchiade, baptizatum adfirmant: & putidissimi nonnisi anachronismi arguendi erunt Cedrenus, Nicephorus, aliique, qui Constantinum, post Maxentii oppressionem, Anno scilicet sui Imperii VII. fuisse adserunt Romæ ab S. Sylvestro Papa regeneratum Baptismate; nam ille VII. Constantini Imperii Annus, cum Christi concurrit Anno CCCXII., quando nimirum in Pontificia Romana Cathedra adsidebat Melchiades, non Sylvester. Quocirca huic, uti vides, errori, errore pejore alio conatus fuit occurrere Franciscus Macedo (in Hist. Eccl. Vind. L. VI. c. 7.) quippe qui Constantinum non ab Sylvestro jam Papa, sed ab eo, tanquam Papæ Melchiadis Chor-Episcopo, tunc baptizatum putavit,

rat (a):& Eusebii narratione (b), eandem quoque is Crucem, qua

---

tavit, dum is forte Melchiades *absens erat ab Vrbe in comitatu Maxentii*: quasi si adeo quis bonus esset ut crederet, quod Sanctissimus Papa ille Melchiades, Sacrificio relicto Altaris, ceterisque Dei ministeriis valedicto; volens inde lubensque ad Maxentii Tyranni Castra se confestim receperit; & postquam Constantinus virtute Crucis triumphans, jam Romam denique, cum exsecto Maxentii, adfixoque ad hastæ cuspidem Capite, ingressus fuerat; adhuc tamen Melchiades procul iret ab Urbe, ut sceleſtissimi ille potius Christianæ Fidei hostis, quam pientissimi Triumphatoris partes suscipere videretur.

a Quamvis ita Codinus (in Orig. CPolit.) testatus oppido fuerit; Nicephorus nihilominus (L. VIII. c. 32.) tres, ait, fuisse a Constantino, immensa magnitudine Cruces ex ære fabricatas, iisque sacra imposuisse hæc nomina JESVS CHRISTVS VINCIT: quarum is *Vnam, supra fornicem, seu Arcum triumphalem in Foro; Alteram supra porphyreticam, convectam Roma Columnam, in loco qui* φιλαδελφιον i. e. *fraternum studium, dictus est; Tertiam (quam Constantinus quidem* νῖκος, i. e. *Victoriam, vocavit; Heraclius autem* ἀνίκητον, i. e. *invictam nominavit) in alta marmorea Columna posuit, in loco, cui nomen est* ἀρτοπωλιον, i. e. *Forum panarium: quam sane venerandam Domini Crucem, longo post tempore, decimum octavum annum Mauricio imperante, quod immenso Terræ motu corruerat, ferreis quibusdam operibus, Heraclius firmavit; & in basi ejus, hujusmodi incidit Inscriptionem:*

OPVS DEO ACCEPTVM IMPERATORIS MAGNI HERACLIVS FIRMAVIT.

Utcunque autem id Nicephoro demus (quicquid unquam Centuriatores, Cent. IV. c. 13. in id impie, impudenterque deblaterare sint ausi). concedi tamen ipsi nequit Nicephoro (L. VII. c. 39.) ideo nempe, tres hasce Cruces Constantinum struxisse, ut hinc memoriæ commendaret sic ipse Adparitiones tres Crucis, eidem cælitus factas; *Primam* scilicet, *quando contra Maxentium expeditionem suscepit; Secundam, in Thracia, quando post profligatum Licinium, adhuc cum Byzantinis pugnandum fuit: Tertiam, quum Istro Ponte juncto, Scythas, ultra id flumen, sibi ipsi subjecit*: nam postrema hæc duo, cœlestis Crucis Ostenta, Constantino exhibita, uti certis quibusque Veterum destituta sunt monumentis, sic omnis ferme a rationis præsidio aliena censentur.

b Euseb. in Vit. Const. L. III. c. 49.

qua in aere adparente, & vim ferente pugnandi, ei victoria cesserat, *eminentissimo sub Palatii sui cubiculo, in maxima tabula, quae in medio lacunariis inaurati expansa erat, infixerat*; nam receptissimi id moris erat profecto, ut belli eventus, Principumque victoriae atque Vota, depictis solerent Tabulis repraesentari [a] *ut facta ipsa, pictura loqueretur*. Jam ille omnem, & suorum vim Militum, & Exercitus sui gloriam, Cruci addixerat adeo, ut in suorum Nummorum uno, quem ex Causeo [b] heic vides, hastati duo, Clypeisque innixi stent Milites, Labaro intermedio, ubi sacro sub Christi Domini Monogrammate, Crux (quae ei victoriam, gloriamque portenderat) tanquam GLORIA EXERCITVS exhibetur.



Quid? quod Crucem, Magnus idem Augustus, in Deae *Romae*, sive Romanae Urbis Simulacro [c], inque Statuae, ei, in Urbe di-

a Sane ita Capitolinus de publicis scribit Tabulis, Maximini jussu depictis; idemque tandem (ne de Romanis Imperatoribus aliis fiat mentio) de Parthica Severi victoria, *δημοσίαις γραφαῖς picturis publicis* tradita, Herodianus fatetur.

b In Roman. Mus. T. II. Tab. XVII.

c Simulacro fuisse *Romam*, (quasi ea si esset

Terrarum Domina, Gentiumque Dea)

ab Ro.

catæ dextera (a), & in suis non modo, quam Victoriæ itidem

---

ab Romanis excultam, jam pervetusta id ostendunt Numismata, nimisque elegans Figuræ ejus pictura, quam Barberinis in Ædibus adservatam, post Jo: Petrum Bellorium, (*De Fragmentis Vestigii Veteris Romæ*) Michael Angelus Causeus (Rom. Mus. T.II. Tab. XVIII.) juris publici fecit: id ejus adhuc ostendit Statua, quam Herodes, in Urbe Cæsarea, uti refert Josephus (Antiquit. XV. c. 13.) honori & nomini Cæsaris dedicavit: idque, Templa ostendunt tandem, Numini Majestatique ejus extructa, quorum unum, sacra Urbis in Via, haud procul a Templo Pacis, atque Foro fuisse, Prudentius (L. I. contr. Symm.) testis est.


Ac Sacram resonare Viam mugitibus ante
Delubrum ROMÆ colitur nam sanguine & ipsa
More DEAE; cujus quidem Effigies, ita graphice a Claudiano (Paneg. de Consul. Probi, & Olybrii) delineatur.

Ipsa triumphatis quæ possidet æthera Regnis
Assilit, innuptæ ritus imitata Minervæ.
Nam neque Cæsariem crinali stringere cultu,
Colla, nec ornatu patitur mollire retorto,
Dextrum nuda latus, niveos exerta lacertos,
Audacem retegit mammam, laxumque coercens
Mordet gemma sinum, nodus qui sublevat ensem.
Album puniceo pectus discriminat ostro.
Miscetur decori virtus, pulcherque severo
Armatur terrore pudor, galeæque minaci
Flava cruentarum prætenditur umbra jubarum
Et formidato clypeus Titana lacessit.
Lumine.

Romæ ergo istiusmodi Simulacrum ita postea a Constantino (iis in Nummis, quos inspexit Gretserus) repræsentatum jam fuit, ut Crucem nempe, utraque manu, gestaret, Crucique esset quodammodo id innixum; quasi si omnem a Crucis Signo, Roma, decus, roburque suum excipiens monstraretur.

a Satis de Statua ab S. P. Q. R. Constantino erecta, deque Cruce, ac Elogio, ad eam ipsam a Constantino adjectis, priore Capite diximus: hinc id unum de Constantino nunc præstabit adnectere, eundem nempe in CPolitano, ei cognomine Foro, Statuam suam ex ære factam, supra porphyreticam, Roma advectam Columnam collocasse; in dextera cujus manu, uti tradit Nicephorus (L. VIII. c. 49.) aureum Malum (Mundanum

dem (a) Imaginibus (suæ ut ita virtutis, victoriæque repræsentaret originem) tunc mandavit adponi ? Qua de re, sequiores post CONSTANTINUM Augusti, alii suas, trophæo Crucis insigniverunt Imagines, ut in subjecto præsertim Imperatoris Focæ Numismate (b) factum est :



J. B. Sintes sculp.

Quidam, Victoriæ in Imaginis manu, Crucem ipsam dedere, per

D inde

---

num Orbem hieroglyphyce indicans) cum superposita ei Cruce, struxisse, Inscriptione adjecta TIBI CHRISTE DEUS URBEM HANC COMMENDO. Quinimo ἐν τῷ πραιτωρίῳ i. e. in *Prætorio*, Equestrem cum Cruce aliam Constantini Statuam constitisse, Cedrenus (in Hist. Comp.) non obscure fatetur.

a Apud Lipsium (L. 3. de Cruce c. 16.) Constantini sunt Nummi, in postica quorum parte, Victoriæ Imagunculæ, Crucem, manu gestantes exhibentur.

b Solo minime in istiusmodi post Vaillantium (Tom. 3.) Imp. Focæ Numismate, verum aliis CPolitanum Imperatorum in Nummis, Imperatores metipsi, Crucem manu præseferunt : & quum Parens, Filiusque, Filius, Materque, vel duo insimul Fratres Imperium moderantes, cusi inibi sint; unam, cum duplici transversa hastula (ita ut duplicis conficeret Crucis Imago) eadem gestant ex parte; uti præ aliis, tum Theodosii Senioris fuere, Arcadii & Honorii, tum Theodosii Junioris, Marciani, Justiniani, ac Heraclii Numis-

inde ac Anastasii Imperatoris factum cernes in Nummo (a), in quo nonminus, quam in Crucigeris itidem Nummis aliis, Siglæ prostant ceu litteræ CONOB, quæ rei Nummariæ peritorum nonnullis (b), CON*stantino* OB*latum Signum*, sibi velle videntur.



Sed

mismata, quæ sub Sixto V. in effossis Basilicæ Lateranensis ruderibus, Roma vidit. Quod eo autem in Focæ Nummo, Crux non modo Imperatoris in manu, sed ejus etiam in Camelaucio, ac in decussata, pectore tenus Stola conspicias; id non ei singulare, sed ferme ceteris commune Imperatoribus, ex Constantini, (uti cum Lipsio L. III. de Cr. c. 16. plerique putant) exemplo, extitisse nos edocent nonnulla eorum, tam ipsum quoque post Lipsium (Loco mox indicato) quam post Bandurium (in Numis. Imp.) Vaillantium, aliosque Numismata: imo D. Chrysostomus (Orat. quod Christ. sit Deus), *Crux est*, ait, *in Imperatoris Diademate*, *Purpura: Et Regum Purpuras*, inquit D. Hieronymus (Epist. ad Laet.), *& ardentes Diadematum gemmas*, *Patibuli Salvatoris*, *pictura condecorat*: quod & Augustinus (in Psal. 54.) aliique PP. confirmant: unde in Vita Caroli M. a Scholiaste, post Capitula Regum Francorum edita, *erat*, legimus, *Antiquorum ornatus vel paratura Francorum*, *calceamenta*, forinsecus *aurata*, *corrigeis tricubitalibus insignita*; *fasciolæ crurales vermiculatæ*, *& subtus eas tibialia & coxalia linea*, *quamvis ex eodem colore*, *tamen artificiosissimo opere variata*, *supra quæ*, *& fasciolas*, *in Crucis modum intrinsecus*, *ante & retro*, *longissimæ illæ corrigeæ tendebantur*.

a Sane Nummus hujusmodi, simul cum antica ejus parte, Anastasii ipsius vultum exhibente, apud Gretserum (T. 1. de Cr.) aliosque spectatur.

b Quamplures certe post Nummo

Sed ubi finem haberet suum hic sermo, & ipse dein vel cuncta vellem de CONSTANTINI Ostento Crucis Scriptorum veterum cogere, veterisque adhuc Ecclesiæ monumenta? Ergo intento dumtaxat digito satis sit indicasse Paschale Chronicon [a], Philostorgium [b], Socratem [c], Nicephorum [d], Gyzicenum [e], qui cum aliis post Eusebium [f] sane plurimis [g], Crucem a CONSTANTINO, & die primum in Cœlo, & in Visu subinde noctis spectatam esse confirmant. Atque ne omnia Ecclesiasticæ Antiquitatis cimelia præterire sim visus; unam heic memorabo Christianorum

D 2 anti-

mographos, Historicosque sunt passim Impp. Veterum Nummi, Crucis Signo nitentes; e quibus duos apud Lipsium (L. 3. de Cr.) traditos, addam adhuc is infra:



Quoniam itaque non in his modo, quam in Crucigeris, uti diximus, Numismatibus aliis, Siglæ sunt istiusmodi CONOB; de ipsis quidem, & fuit olim, hodieque sub judice lis perennat, ecquid litteris quaternis istis intellexerint Veteres? nam Cedreno interprete, tantumdem profecto sunt, ac *CIVITATES OMNES NOBIS OBEDIANT*, omnes scilicet Civitates Cruci subjectas esse debere: plures vero post Gretserum, Harduinum, Floravantium, aliosque jam sunt, qui Siglas has multifariam reddidere: at nonne, rogo, præstaret, ut interpretationibus earundem quibusvis, exegesis nonnisi eorum, qui Siglas ipsas *CONstantino OBlatum Signum* vertendas esse existimant, præferretur?

a Sive idipsum Alexandrinæ Ecclesiæ Chronicon, quod Du-Cangius, Titulo *Paschalis Chronici* publicavit.

b L. III. c. 6.

c L. I. c. 2.

d L. VIII. c. 32.

e In Act. Pr. Nic. Syn.

f L. I. de V. Const. c. 25.

g Quibuscum certe jam relatis Auctoribus, adnumerandi identidem modo essent Michael Glycas (Histor. L. IV.) Eutychius (T. I. Chronic. Orient.) Theodorus Engelhusius (Chronic. p. 33.) Scriptoresque SS. Sylvestri Papæ, & Quiriaci Martyris Actuum, quæ apud Papebrochium (T. I. & V. Maii) relata sunt: at cave putes, ea nos omnia, quæ sparsim sunt de Constantini Visione, in his Auctoribus tradita, ea nos, inquam, patulo, ut ajunt, ore, indiscriminatim declutere: nam hi licet Auctores luculentissimam de Constantini diurno,

antiquioris Ævi Lucernam (a); cujus in medio, Labarum, ea, ut paullo infra inspicies, concinnatum est forma, ut ipsius in vertice, Christi sit Monogramma, & in ea quam infra habet tabella, sive syparo, græca insit Epigraphe ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ : sicque isthoc in Schemate, nemo non viderit, quanto veteres post Christianos, illud de Cruce a CONSTANTINO visa prodigium, non certum modo, u am celebre haberetur.



Quod e Liturgicis, eamdem denique CONSTANTINI Visionem testantibus monumentis huc adferam, unum erit, picta

no, nocturnoque Crucis Ostento mentionem injecerint; nonnulla tamen, narrationem hanc dum instituunt, intermiscent, quæ ab Eusebiana, eo de duplici Ostento Crucis Historia, toto dissident Cælo: quæ ob id omnia, quo sint in censu, quove in pretio a Viris Criticis habita, luculentius id sane est, quam ut abs me, pacto aliquo demonstretur.

a Quod Constantini profecto Labari ectypon, in medio situm erat unilychnis Lucernæ, quæ veteribus a Christianis ad nocturnarum fortasse fuit Vigiliarum usum adhibita; cujus integrum Schema a Cl. Dominico Georgio, ac Mammachio cusum cernes hoc modo, ut summo insit in ejus ambitu, texta lauro Corona, quam bina, gemmarum loco, galeata Capita ornant; & in ejusdem Coronæ centro, duo itidem Milites, dextera batillis, clypeoque sinistra innixi, ad latus stent ejus Labari, cujus icon jam supra repræsentatur.

picta nimirum isthæc in Ephemeridibus Greco-Moschis (a) Figura .

Ꙗ҆вле́ні́е на нб҃си цн҃агѡ кр҇та прѝ Кѡнстанті́и црⷭ҇и.



Quamvis enim summo ejus in apice scriptum sit , *Gavlenie na nebesi cesna ho kerstà pri Constantii Zari* , *Adparitio gloriosæ Crucis sub Constantio Imperatore* , quasi si apud Moschos , ad VII. Maii diem (ad quem extat hæc Tabula) Adparitionis illius Crucis , quæ Hierosolymis , supra Golgotham , Imperatore Constantio , Magni Filio CONSTANTINI , Pentecostes tempore contigit (b) acta esset memoria ; quam

a Quæ Græco-Moschæ seu Ruthenicæ Ephemerides , a Daniele Papebrochio, præstantissimi Bollandiani Operis Continuatore doctissimo , Tomo primo SS. Maii præfixæ , postea adhuc ab Ignatio Kulczynscki , Basiliani Ordinis Monacho , *in Appendice ad Specimen Ecclesiæ Ruthenicæ* Animadversionibus illustratæ fuere : quarum denique Papebrochii Ephemeridum , cum Greco-Moschis Capponianis Tabulis aliis , a Cl. Josepho Simonio Assemano , hæc dum scribo , vulgatis , comparatio , eumdem penes Auctorem (T. I. Kalend. Eccl. Univ.) disertissime , uti adsolet exhibetur.

b Scriptam habes hac de Crucis Viso-

quam procul tamen est dubio, quin Moschi ipsi, Adparitionem nonnisi Crucis, CONSTANTINO M. exhibitam, tunc ob oculos ponant; nam in adplicito ante illo (sui scilicet juxta Seculi [a], Gentisque gustum constructo) Græco-Moscharum Ephemeridum Schemate, jam Crux in Cœlo sub diem a CONSTANTINO inspecta; Christus eidem dormienti Augusto (uti narrat Eusebius [b]) in Visu noctis adparens; CONSTANTINUS nocturnum Visum Amicis suis exponens; CONSTANTINI cum Maxentio prælium; Maxentiusque tum demum victus, interfectusque videtur.

Quum diurnam heinc ergo, nocturnumque Crucis Ostentum CONTANTINO exhibitum, & Augusti ipsius adsertum sit juramento, & tam imposita synchronorum, posterorumque Auctorum plurium nube, quam haud paucis Antiquitatum monumentis indubiis probatum liquido sit; decernat vel Scepsis tandem, num Ostentum utrunque illud, ad putum veterum Christianorum figmentum, cum Oiselio, priscisque possit cum Ethnicis revocari; uti politicum CONSTANTINI *stratagemma*, traduci queat cum Tollio; ac sin utraque

Visione Epistolam S. Cyrilli Hierosolymitani ad Imp. Constantium. *Diebus*, narrabat ille, *Sanctæ Pentecostes, circa horam tertiam, omnium maxima Crux ex lumine constituta in Coelo supra Sanctissimum montem Golgotham, & usque ad Sanctum montem Olivarum extensa apparuit, non uni, aut alteri tantum visa, sed universæ Civitatis multitudini manifestissime ostensa; neque ut aliquis forte putaret, celeriter secundum phantasiam percurrens, sed quampluribus horis supra terram aperte conspecta, coruscis splendoribus radios superans Solares:* cujus licet Epistolæ, nulla a D. Hier. (L. de Script. Eccl.) injecta mentio sit; nil ob id tamen obstat ex Bellarmini judicio (In Cat. de Script. Eccl.) ut genuinum, illa fœtus Cyrilli existimetur.

a Sic enim de earumdem Papebrochii Ephemeridum Ævo, laudatus mox Assemanus. *Notant Bollandistæ ætatem Tabularum suarum Græco-Moscharum in Prologomenis ad Tom. 1. Maii pag. 44. quas Pictor ipse Ruthenus confectas testatur Anno Mundi secundum Græcos 7136., hoc est, Christi 1628. adeoque longo post tempore, quam Græcorum Imperium est eversum. Hinc Sanctorum Icones in iis Tabulis expressæ, & a rudiore prodierunt manu, & gravem etiam alicubi Pictoris lapsum continent.*

b In V. Const. L. 1. c. 28.

utraque ea Visio, diurna saltem cum Basnagio, Ecatholicisque cum aliis denegari nunc valeat: an ii potius, qui novandi cacoete, æstuque ducti quotidiano jurgandi, testatam adeo, utriusque Ostenti illius veritatem non probant, ii, repeto, omnes, jure ac merito, intemperatioris, pravæque Critices vitio postulandi sint quidem: nam si in duplicis Ostenti illius veritate probanda, vel ipsa omnia, queis eam nos antea vindicabamus momenta, satis minime sunt; ecquid, rogo, satis umquam futurum erit [a] ut narrata res aliqua comprobetur?

Sed quæ nostri objiciant Hipercritici, age & audiamus. Silentium objectant primo tum Gallicani Panegiristæ Nazarii [b], nonnullorumque Gentilium, qui CONSTANTINUM, post relatam de Maxentio, Exercituque ejus victoriam, pro concione laudantes; nullam tunc tamen de adparente Augusto illi diu noctuque Cruce, mentionem fecere: tumque silentium objectant adhuc S. P. Q. R., qui tantum abfuit, ut triumphali in eo Arcu [c], quem CONSTANTINO ob devictum Maxentium dedicavit, quoddam, ut æquum erat, sive scriptum, scalptumve, ea de visa in Cœlo Cruce, deque parta Magno hoc ab Imperatore, virtute Crucis victoria, monumentum reliquerit; ut ibi potius Augusti ipsius in Deos Patrios cultum (qui ab homine ad Christianismi religionem, divina Crucis Adparitione vocato, præstari certe non quiverat) expressum fecerit ita, ut anaglyptico, supra Fornicem opere, CONSTANTINUS, patritis sacris dans operam, votiva nempe Sacrificia offerens inspectetur.

Quæ

a Simile etiam clamavit modo Balutius (in Notis ad Lact.) *quid enim*, inquiens, *deinceps verum censebitur, si historiam hanc, quæ Lactantii, Publilii Optatiani Porphyrii, ac veterum etiam Numismatum testimonio nititur, inter fabulas, & pias veterum fraudes connumerare fas fuerit? Religiosius ista tractanda sunt, & irreligiosa illa temeritas, procul abesse debet a pectoribus Christianorum.*

b In Paneger. Constantino dict.

c Qui Triumphis insignis, spectatissimæque magnitudinis Arcus, Romæ, in capite Viæ Appiæ, pone Am,

Quæ extat vero [insurgunt secundo Nostri] de CONSTANTINI diurna, nocturnaque Crucis Visione narratio, ea ex illis, qui Eusebium, Auctorem referunt, Libris *de Vita Constantini*, depromta est universa: at quod nequaquam Cæsariensi huic Eusebio adjudicari queat id Opus, Eusebius ipse nos edocet, qui quum Historiam Ecclesiasticam suam [Theodorito [a], aliisque testantibus] haud ultra CONSTANTINI *Vicennalia*[b], Nicomediæ, C. A. cccxxv. [c] cele-

Amphiteatrum, jam ad hæc usque tempora, ætatem ducit: quo proinde in Arcu, quicquid Ævi voracitas, injuriæque pessumdederant temporis, restitutum est opportune sub CLEMENTE XII. P. M. quocirca ad Arcus ejusdem latus, e regione Palatino obversum, hodiedum extat Lapis, in quo ista leguntur.

CLEMENTI XII.
PONT. MAX.
QUOD ARCUM
IMP. CONSTANTINO MAGNO
ERECTUM
OB RELATAM SALUTARI
CRUCIS SIGNO
PRAECLARAM DE MAXENTIO
VICTORIAM
JAM TEMPORUM INJURIA
FATISCENTEM
VETERIBUS REDDITIS
ORNAMENTIS RESTITUERIT
ANNO D. M. DCCXXXIII.
PONT. III.
S. P. Q. R.
OPTIMO PRINCIPI
AC PRISTINAE MAJESTATIS
URBIS ADSERTORI
POS.

a L. 1. c. 1.

b Quivis certe non nescit quod *Vicennalia*, *Decennalia*, ac id generis Festa, jam post Romanos, ad uniuscujusque Imperatoris, occæpti Imperii diem, Votis solemnibus, publicaque universim celebrandum lætitia agerentur.

c Spectari, dum ita lubeat, potest Pagius (in Baron. crit. ad C. A. 325.) si ejus forte in Hankium, & Wilthemium, quoad Annum Constantini *Vicennalium* Castigationes optentur.

celebrata protraxerit, se sic Auctorem fuisse negat Librorum *de Vita Constantini*, in quibus, ad Christianæ usque Epochæ Annum CCCXXVII., ad Annum nempe post *Vicennalia* CONSTANTINI undecimum, Ecclesiasticis ea de rebus Historia, ducta ordine est. Quid, quod pugnantia scribat certe, quivis ille jam fuerit hujusce Operis Auctor? Spectatum, enarrat ille, in Cœlo primitus a CONSTANTINO, pomeridianis diei horis, Signum Crucis fuisse; & eidem deinceps dormienti Augusto, Christum, diurno illo cum Signo adparuisse in nocte: quod, si factum fuisset ita, jam CONSTANTINUS, eodem docente Christo, Signi illius mysterium, religionemque novisset: at, quam falsum id sit, ex ipso noscas CONSTANTINI *Vitæ* Scriptore, qui CONSTANTINUM Christianis ab Sacerdotibus testatus est quæsiisse, eccujus Dei, Signum esset Crux illa, quæ ipsi fuerat exhibita? Sibi itaque ipsi, isthæc, inferunt, male constans narratio adversari videtur.

Sed qui præterea (iidem dixerint Nostri) qui fieri quiverat, ut CONSTANTINO & Crux in Cœlo sub diem, & Christus cum Crucis Signo adparuisset in nocte, quum Augustus is quidem, plura, variaque, vel ipsam adhuc Maxentianam post adsecutam victoriam, Idololatriæ reliquerit monumenta? Quam lubens enim tunc ille, idololatrico majorum more, Pontificatum Maximum gessit; quemadmodum Romana hac, in Cæsiis servata Ædibus [a] Inscriptione testatur.

MAGNO . ET . INVICTO
IMP. CAES. C. VAL. AVREL.
CONSTANTINO . PIO . FEL.
INVICTO . AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. CON. III. P.P.
PROC. D. N. CORPVS CORIARIORVM
MAGNARIORVM . SOLAIARIORVM
DEVOTI . NVMINI . MAIESTATIQVE
EIVS

E Sub

a Sane Romæ in Cæsiis, ad Vaticanum Ædibus, isthæc fuit Inscriptio, quæ a Baronio, atque Pagio ad Chr. An. 312. adlata est.

Sub tempus ipſum, *Concordiæ* in Urbe Templum, Auguſtus idem, opere, & cultu ſplendidiore reſtitutum jam voluit, perinde ac in Elogio quodam alio poſt Gyraldum (qui id e Laterani exſcriptum refert [a] ruderibus) exhibetur.

D. N. CONSTANTINO . FELICI . AC . TRIVMPHATORI . SEMPER . AVG. OB . AMPLIFICATAM . TOTO . ORBE . REMP. FACTIS . CONSILIIS . S. P. Q. R. AEDEM . CONCORDIÆ VETVSTATE . COLLAPSAM . IN . MELIOREM FACIEM . OPERE . ET . CVLTV . SPLENDIDIORE RESTITVIT

Signa tunc tandem Idololatriæ is præſtitit διαγνωστικὰ dum ſuperſtitioſa Aruſpicinæ officia, Aruſpiciumque Reſponſa omnia, eo probavit Reſcripto [b], quod ad *Maximum* [c] dedit; ut *retento*, nimirum, *more veteris obſervantiæ*, *& Aruſpicum requiſita eſſent Reſponſa*, & diligentiſſime ad ejus ſubinde *ſcientiam* referrentur.

Quando nos autem, ea ab Critica natione, quæ in totam Euſebii, de diurno, nocturnoque CONSTANTINI Oſtento Crucis enarrationem depugnat, Objecta iſthæc audivimus; ſinamus denique, ut irruentium in Viſionem duntaxat Crucis diurnam, Adverſariorum phalanges, oppugnatio-

a Lilius Gyrald. in Deor. Syntag. dum de *Concordia*, Romanorum Dea is loquitur.

b *Si quid* (ecce tibi Conſtantini Reſcriptum illud, Theodoſiano intertextum in Codice L. 1. de Pag.) *ſi quid de Palatio noſtro aut cæteris operibus publicis devaſtatum fulgure eſſe conſtiterit; retento more veteris obſervantiæ, quid portendat, ab Aruſpicibus requiratur, & diligentiſſime ſcriptura collecta, ad noſtram ſcientiam referatur: cæteris etiam uſurpandæ hujus conſuetudinis licentia tribuenda, dummodo ſacrificiis domeſticis abſtineant, quæ ſpecialiter prohibita ſunt. Eam autem denunciationem atque interpretationem, quæ de tactu Amphitheatri ſcripta eſt, de qua ad Heraclianum Tribunum & Magiſtrum Officiorum ſcripſeras, ad nos ſcias eſſe perlatam. Dat.* XVI. *Kal. Jan. Sardicæ Acc. VIII. Id. Mart. Criſpo II. & Conſtantino II. CC. Cop.*

c Qui idem *Maximus*, Urbis certe tunc temporis Præfecturam gerebat; prout in Græcis, apud Cuſpinianum Præfectorum Indicibus invenitur.

tionesque sequantur. Agite: viri simus. Nam Lactantius (ecce prima, quæ *nostris opponunt viribus arma*) solo siquidem de CONSTANTINI nocturno Visu mentionem instituit, *admonitus est* [a], inquiens, *in quiete CONSTANTINUS, ut Cœleste Signum Dei notaret in Scutis*: quo, *Cœlestis Signi Dei* vocabulo, non ille Crucem, sed Christi potius indicat Monogramma, dum subdit, *fecit, ut jussus est; & transversa X littera, summo capite circumflexo, Christum in Scutis notat* [b]. Narrationem subinde urgent Sozomeni [c] qui CONSTANTINUM in *sopore* vidisse, scribit, *ad Orientalem partem in Cœlo, Signum Crucis, igneo fulgore rutilare; & quum esset ea Visione exterritus, adstitisse Angelos, dicentes*, IN HOC VINCE. Sunt ab his utique in nos immissi Rufinus [d], Nicolaus I. Papa [e], Abbas Urspergensis [f], Haymo Harbestanensis [g], aliique postremo, qui CONSTANTINO, unam nonnisi, noctu factam commemorant Visionem. Ac si revera sub die (instant Nostri nunc iterum) Crux, nedum CONSTANTINI, quam ejus omnium Copiarum obtutibus spectata esset in Cœlo, nequaquam Ethnici, rem tot adeo compertissimam testibus, *tamquam fabulam, ac figmentum*, uti nos antea ex Gyziceno retulimus, traduxissent jam libere, ac præfidenter. Quid ergo reliquum (sic omnes tandem Constantinianæ Visionis Osores, conferto agmine obstrepunt, irruuntque) ex jam dictis constabit, ni, vel quod omnis Eusebiana, de CONSTANTINI Visione Crucis narratio falsa sit; vel, si aliqua unquam admittenda sit Visio, hæc, nequaquam interdiu, sed in Visu duntaxat noctis IMP. FL. CONSTANTINO AVG. facta esse putetur?

Quam adposite scilicet, ac solerter! *Levia tamen*, ut inquit ille, *sunt hæc, quæ tu pergravia esse, in animum induxisti tuum*. Objectis ergo his omnibus respondetur.

 Ac

a De Mort. Persec. cap. XLIV. p. 267.
b Vid. pag. XCIII.
c Edit. Vales. p. 404.
d Hist. L. IX. c. 9.
e Resp. ad Consult. Bulgar. c. XXXIII.
f In Chron.
g Eccles. Hist. L. VIII.

Ac primo quidem, absque Œdipo, vel Scholiaste, ὡς λόγος ἐστι, unusquilibet caussam agniturus erit silentii, quo jam Ethnici Oratores, præsertimque Nazarius, sua in habita CONSTANTINI laudatione, tacuerint Crucis Ostentum. Si forte enim Nazarius, CONSTANTINUM, pro concione suscepisset laudandum post Ægyptios homines, penes quos Crucis Signum, pro sacro, faustissimoque, quum virtutis Solaris, tumque futuræ Vitæ hieroglyphico erat [a]; nequaquam ipse, Cœlestis Ostentum Crucis, eidem Augusto factum, præteriisset silentio: at quum Crux post Romanos, summæ velut infamiæ [b], malique ominis Nota, execrata sic esset, ut vel *mentio sola Crucis*, *indigna*, testante Tullio [c], *cive quovis Romano*, *liberoque homine fuerit*; nemini ob id mirum si ab Ethnico Oratore, sua in acta, apud Romanos homines, de CONSTANTINI victoriæ, Oratione, in qua δυσφημίαν, omnesque avertere infausti ominis voces, is de-

a Si de Cruce, sive Tautico Ægyptiorum Charactere (cujus ex forma, vel Paradisianum *Vitæ Lignum*, vel *Signum* in Cain positum vel *Hylarchicum*, *Plasticum*, vel *Archeum Principium* designari putant nonnulli) cuncta tradi deberent, quæ Witsius, Albupharagius, Kircherus, aliique scripsere; rem ego certe haud unius, quum paginæ, tum diei impendio absolvendam, nec opportune aggrederer. Summæ itaque rei, me fategisse non dubito, si cursim nunc, obiterque commemoratum is velim, adeo scilicet sacro Crucis ansatæ symbolo ☥ obdelectari Ægyptios, ut eo siquidem, nedum vim Solis, Elementarem in Mundum (in quaterna videlicet Elementa, quaternis in Crucis ligneis, connotata) diffusam, sed adfuturam peræque Vitam (ut ex Rufino, ac Socrate noſces alibi) indicatam voluerint: quo sane factum, ut in Osiridis, Isidis, aliorumque Ægyptiorum Numinum manibus, Crux adpareat; prout in iis, quos Romæ cernimus Ægyptiacæ Antiquitatis Obeliscis, Cimeliisque multigenis intuetur.

b Quantæ Crux, apud Romanos infamiæ (nam de Gentibus ego aliis, vel de Hebræis apud quos *maledictus erat* qui *pendebat in ligno*, sermonem heic non instituo) execrationis, injuriæ, probrique plena jam fuerit, abunde siquidem, præ Scriptoribus plerisque aliis, testatum habes ab Livio (L. 1.) Minucio (in Octav.) Apulejo (L. 1. de Asin.) Plutarcho (L. de fort. Rom.) Tacito (L. 4. Hist.) necnon ex L. *Capitalium* ff. de Pœnis, & L. 8. ff. ad L. *Cornel.* exque L. *Liberorum*, ff. *de his qui infamia notantur*.

c Pro C. Rabir.

debuerat ex more (a), in istiusmodi, inquam, Oratione, ne verbo quidem de Adparitione Crucis illa in Cœlo, instituta sit mentio: nam incredibile omnino erat Romanis, ut Crux ipsa, quam ut mortis habebant, omnisque symbolum mali, imo quam Stemma (b), Notamque esse sciebant execrati ab his omnibus Christianismi; Crux in quam ipsa, glorio-

---

a Quæ, qualisque post Romanos excreverit antiqua illa in præcavendis, dum Sacra, Festaque agerent, mali ominis vocibus *δυσδαιμονία*, exemplis est apud Plutarchum (in Cicer.) Tibullum (L. I. II. I.) aliosque quamplurimos testatissima: ut ecce illa in Sacris faciundis consuetudo, ut dum Victima, post ei factam molæ salsæ, farri scilicet tosti, salisque adspersionem, jam jam erat a Victimariis occidenda, *macta*, seu *magis aucta*, in more fuit vocari; unde *mactare* pro *cædere* dici invaluit, eo quod *cædere*, *jugulare*, & id generis verba, sævitiem quandam animis existimabant ingerere: non secus ac, dum de *aliquo*, *jam pridem defuncto* (ut inquit Tertullianus L. de Testim. Anim.) *tamquam vivo*, quis *Romanos* requireret, *præ manu occurrebat dicere*, ABIIT JAM, ET REVERTI DEBET, *ne dicerent* MORTUUS EST: putantes nempe, quod si *mortis*, vel *obitus* adhibuissent vocabula, malum aliquod sibi omen adsciscere viderentur.

b Quamvis inficias ire debeat nemo, quod ex adhibita, ab ipsis usque exorientis Ecclesiæ incunabulis, *Disciplina Arcani*, Religionis Christianæ mysteria, sub hieroglyphicorum, seu Signorum involucro Profanis quidem, sive nondum initiatis quibusve consueverint tegi; compertissimum ubique tamen ipsis fuerat Gentilibus, quod Christiani, nulla se magis alia gloriari Nota, vel Stemmate usurpaverint, quam Sacro Crucis signaculo; nam *Christiani* (ut S. ait Ephremus L. de Pœnit.) *a Gentilibus & Judæis distinguebant se, coronando postes pretiosa & vivifica Cruce*, de qua scripserat Paullus (ad Galat.) *mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini Nostri Jesu Christi*: quare ne dubita, quin, ipso usque ab Apostolico Ævo, signi Crucis formandi invaluerit religio (eccurnon Servatoris peræque in Crucem acti imago, eodem cœperit tempore usurpari, uti unus præcipue Turrianus non uno probat in loco?) nam *Christiani, ad progressum eorum omnem* (teste Tertulliano L. de Cor. Milit.) *atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad Lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia quacunque eos conversatio exerceret, frontem Crucis signaculo terebant: & harum, & aliarum hujusmodi disciplinarum, si legem expostules Scripturarum, nullam invenies, Traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix*: quibus quidem ex verbis, sychophantiæ postulari debent omni-

gloriosissimam illam adeo CONSTANTINI victoriam ominaretur. Quod eo autem CONSTANTINI in Arcu, nullum S.P.Q.R. de Cruce cœlitus CONSTANTINO ostensa monumentum expresserit; id, tantum abest ut gestæ rei veritati quid detrahat, ut magis ipsam, de qua proxime diximus, superstitionem præseferat Romanorum. Sed quamvis avita superstitione prohibente, nihil eo in Arcu, de CONSTANTINI Ostento Crucis repræsentarint Romani; dum ipsi tamen, in Fornicis ejusdem Inscriptione (a), Maxentium a CONSTANTINO, non consilii humani ductu, sed INSTINCTV DIVINITATIS devictum tandem fuisse, memoriæ commendarunt; nonne, rogo, tantumdem ferme id fuit, ac ut partam a CONSTANTINO, virtute Crucis victoriam,

omnino Centuriarum Scriptores, qui (Cent.3.c.10.) Tertullianum a Montano, ac Montanistis edoctum, signi Crucis formandi originem, Ecclesiis obtrusisse commenti sunt; quippe quum luce clarius, vel ipse idem, ut vidimus, Tertullianus edixerit, morem scilicet illum, non abs se jam fuisse, aut ab aliquo citimorum temporum Præsule institutum, sed quod receptæ illiusmodi Disciplinæ, *Traditio fuerit auctrix*, *consuetudo confirmatrix*; prout Ignatius, Justinus, Athanasius, Nazianzenus, Nissenusque Gregorius, necnon Basilius (quantumvis contra, & Brentius, in Proleg., & Hamelmannus in L. de Trad. falsissime crocitaverint) omnesque ferme, quotquot Latini, Græcique oris sunt Patres, sensu uno fatentur.

a Spectandam quippe se exhibet, tam in antica, quam postica Arcus illius facie, hæc Inscriptio, quæ, tametsi in Gruteriano Thesauro pag. 282. intertexta sit quidem; non abs re tamen duxi, si cupido nunc lectori exponeretur.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO . MAXIMO
P. F. AVGVSTO . S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV . DIVINITATIS . MENTIS
MAGNITVDINE . CVM . EXERCITV . SVO
TAM . DE . TYRANNO . QVAM . DE . OMNI . EIVS
FACTIONE . VNO . TEMPORE . IVSTIS
REMPVBLICAM . VLTVS . EST . ARMIS
ARCVM . TRIVMPHIS . INSIGNEM . DICAVIT

Arcus intra Fornicem
hinc legitur. inde

LIBERATORI . VRBIS FVNDATORI . QVIETIS

riam, fassi essent inviti, perinde atque non pauci[a] opinantur? Sacrificantium autem illæ, quæ triumphali in ipso Arcu sculptæ insunt Imagines, ea MAGNO cum CONSTANTINO nil commune præseferunt, verum benevolos in Augustum hunc ipsum, gratosque indicant animos Romanorum; quippequi, ut suum illum, augustiore quo possent modo ornarent undique Arcum, jam hunc in unum, monumenta ex dejectis Imperatorum priorum Arcubus, trophæisque illorum aliis convexere: nam ibi itidem, insignes illæ, quæ quidem alibi exstabant prius, M. Aurelii, & Antonini collocatæ sunt Statuæ, e quibus (vivo tunc ac vidente, qui id refert Baronio[b]) pectore tenus Capita, furto fuere, juvante nocte, a quibusdam sublata, adliciente id profecto ad facinus, Operis elegantia: a qua proinde, non secus ac ab aliorum ipsius Arcus anaglyphorum præstantia, quum diversissimum plane sit modis omnibus, genus illud scalpturæ, quo ibi adhuc CONSTANTINI triumphus, necnon Maxentii, Militumque ejus in Tiberim concitata subversio perstat hodie; præstantissima iccirco illa Imperatorum sacrificantium anaglypta, nequaquam poterunt ad CONSTANTINI referri Arcus ætatem, quando scilicet Scalpturæ artem, jam a pristino cultu suo, elegantiaque prænimium excidisse, nemo nesciens est. Quare hæc, de quibus dicimus, Schemata, quum ad Fornicis nonnisi ornatum, illuc fuerint advecta, non de his ideo, eo ab Arcu tollendis, religiosa posteritas cogitavit[c]; maxime quia, ea *Vota*[d] *Decennalia*, ac *Vicennalia*, quæ in in-

a Sic præ aliis quibuscunque, Baronius ad C. A. 312. opinatur.

b Loco mox indic.

c Quid vero mirum, si in Christiani illius Magni Imperatoris Fornice, subsequens usque nunc Orthodoxa Romanorum posteritas, ea, quæ diximus, Imperatorum Gentilium monumenta reliquerit; quum ad hæc adhuc tempora, cum sacrarum in Urbe Ædium ornamentis, non absimilia monumenta Paganica (quæ Cl. Ciampinus in *De Sacris Ædificiis* exhibet) dejecti velut Ethnicismi trophæa repræsententur?

d Supervacanei res laboris non prorsus erit referre, quod Vota, nempe, quæ ab Romanis, pro suorum salute Principum consueverant fieri, tria spectarint ad genera; quippe

insculptis inibi Sacrificiis, designata sunt ita, VOTIS X, VOTIS XX, SIC X, SIC XX [a], ea, ajebam, superstitionis idololatricæ symbola, haudquaquam Augustus ille, suopte animo, vel dicis caussa, ibi jusserit addi; sed vix indulserit, ut sola temporis gratia, eodem illo in Arcu exponerentur.

Suppositionis exinde dicam, Libris de *Vita Constantini* impactam, nil omnino is moror. Sciens nanque jam eram, quod post eximii illum nominis JCtum, Dionysium Gothofredum [b], Libros hos Eusebio conatus fuerit eripere Mathias Fuhrmannus [c], eo siquidem motus, quod quum nempe Eusebius, suam non ultra Nicomediensia CONSTANTINI *Vicennalia*, non ultra scilicet Ch. A. cccxxv. [d] concinnarit Historiam, Libros proinde *de* CONSTANTINI ipsius *Vita*, utpote quia ad tempus usque CONSTANTINI Filiorum Imperium, ad Ch. nimirum A. cccxxxvii. excurrentes, nequaquam ille, eidem putavit esse Cæsariensi Eusebio adjudicandos. Sed nonne ferme *Delphynum sylvis adpingit, fluctibus Aprum*, dum hoc is modo, Ecclesiasticam Eusebii illam, Libris denis compactam, ac ad CONSTANTINI *Vicen-*

pequum alia pro Natali eorum Principum genuino, singulis quibusque Annis stata erant: alia pro Imperii eorumdem Natali, singulis itidem vel Quinquenniis, vel Decenniis persolventes Romani, sequioratum adhuc Vota, in proximum vel Quinquennium, vel Decennium suscipiebant: aliaque erant tandem, III. Nonas Januar. reddita, quæ JCtus Paulus (L. 10. Digest. L. 233. *De Verbor. Significatione*) commemorans, *post Kal. Jan.*, ait, *die III. pro salute Principis Vota suscipiuntur*.

a Quæ, Sacrificiis eo sculptis in Arcu, superpositæ Notæ VOTIS X VOTIS XX & SIC X SIC XX, Imperii Constantini Natale, Votis quidem tam *Decennalibus* absolutis, quam *Vicennalibus* nuncupatis, celebratum designant; hincque tantundem, Notæ illæ jam audiunt, ac SICut X *Decennalia* prospere acta sunt, SIC XX *Vicennalia* prospere peragantur.

b In Cod. Theod.

c Mathias Furhmannus, Austriacus, Ord. S. Pauli Pr. Erem. Part. I. *Historiæ Sacræ* Dialogismis, seu *familiaribus digestæ Colloquiis de Constantini Baptismate*, quod is Romæ, non vero Nicomediæ, vindicare conatur.

d Siquidem Nicomediæ, eo celebrata fuere Anno Constantini *Vicennalia*; nam Romæ, Anno equidem sequiore, seu C. A. cccxxxi. reacta esse noscuntur.

Vicennalia, ad Annum nempe cccxxvi. desinentem Historiam; ea quidem pro altera confuse sumit Historia, quæ in Libris de *Vita CONSTANTINI* ad Christi subinde Annum cccxxxvii. producta ordine est ? Mirari equidem de Fuhrmanno nunc debet, quod postquam Hankius, omnem quamcunque de Eusebianis his Libris, CONSTANTINI Vitam spectantibus, dubitationem everterit; iterum ipse, recoctam satis hanc cambrem, nescio quo *Dialogistico* sale, nec una itidem altèrave duxerit pagina recoquendam : tametsi hos ad Libros, Eusebio adjudicandos, unus, ne plura adferam, unus sat erit (quem ipse sibi Fuhrmannus, objectum prodit a Pagio) Philostorgius, qui [a] Eusebium, *suam*, ait, *Historiam ad ea usque tempora produxisse*, *quibus Liberi CONSTANTINI Magni*, *in Patris Imperium successerunt*: quibus ille in verbis, quum non de ea *Ecclesiastica* Eusebii locutus fuerit Historia (isthæc enim, ut vidimus, ad *Vicennalia* definit CONSTANTINI) jam inde fit, ut sic alteram Eusebii indigitarit Historiam, quæ in Libris *de Vita Constantini*, ad Annum usque cccxxxvii. ad sequens nempe Filiorum CONSTANTINI Imperium continetur. Sed ecquæ, rogo, his in Libris pugnantia, eorum retulit Auctor ? Sane ἀσύςατον, vel monstri loco, illud esse non debet, quod CONSTANTINUS, postquam perdius Crucem, Christumque subinde pernox, cum Cruce ipsa conspexerat, necesse habuerit adhuc, ut Sacerdotibus Christianis adcitis, eosdem sedulo, de conspecti abs se Signi mysterio sciscitaretur. Quid ita? Quia non refert Eusebius, Augustum illum, Christianæ religionis Κατήχησιν *Institutionem* tunc excepisse a Christo; sed jussum ei a Christo ipso fuisse, ut suum scilicet militare Vexillum, ad Signi conspecti ectypon (de cujus ipse mysterio a Christianis deinde eruditus fuit Ministris) concinnasset: quo sane vides, ut quemadmodum ferme *Saulus* qui & Paulus, a Christo olim vocatus, non a Christo tunc tamen, de Christianæ ejusdem religionis instructus fuit doctrina, sed hance postea, & quicquid omne, fa-
F cto

a Lib. I. n. 2.

cto ei opus esset, ab instructore addidicit Anania (a); sic nil omnino mirari quivis hinc debet, si CONSTANTINUS, nullam a Christo in Visu noctis accipiens conspecti Signi exegesim, jam is propterea, post Visionem in nocte habitam Christi, necessum habuerit adhuc, ut Christianis ab Sacerdotibus, de adparentis sibi Crucis mysterio instrueretur.

Sed jam nos inde, ad antepositam pergamus illam, de CONSTANTINI Pontificatu Maximo Inscriptionem. Ac bene est, quod ante nos, hujusce tandem agnovit interpolationem Elogii oculatus testis Baronius (b), qui non illud CON-

a In Act. Apost. c. IX.

b Quamvis autem Annalistarum is Parens (ad C. A. 312.) Constantinum, ex eo Elogio Pontificatum Maximum tenuisse (contra ac autem in Not. ad MRolog. R. ad diem 21. Aug. opinatus jam fuerat) inferri posse negarit; reipsa probavit tamen, quod Constantinus, post debellatum Maxentium, non *tanquam Idololatra*, *sed ut infimi ordinis Christianus*, usus titulo, ac veste fuerit Pontificis Maximi; tametsi ipsum, alienum fuisse dicat ab Gentilium ea Cæsarum consuetudine, qua, dum Pontificis iidem Maximi titulum, amictumque sumebant, alta primitus scrobe subtus terram demersi, defluentem in ipsos ita, mactati tunc in Sacrificio Tauri excipientes cruorem, *Taurobolium* agebant illud, de quo & Marmora quidem plura, & Firmicius Maternus (Biblioth.PP.c.28.) Montfauconus (Antinq. T.1. P.1.) Gorius (in Mis. Etrusc. T. 2. & 3.) aliique locuntur. Sed ecquod unquam, quodne, rogo, Numisma, vel quodvis itidem aliud de Pontificia a Constantino adsumta Tunica monumentum obtrudet præclarissimus Vir? Scripsisse is novi Zosimum (L.4.) quod *simul atque summum Imperium quisque accipiebat, Amictus ei Sacerdotalis, a Pontificibus offerebatur, & continuo Pontificis Maximi titulum usurpabat, ac ceteri quidem Principes universi lubentissimis animis hunc honorem accepisse, adeoque Constantinus etiam potis Imperio*. Quid? Sane heic est, ut tu iterum Zosimo adsueti apud ipsum mendacii, inficitiæque dicam adpingas auctoritate Sozomeni, qui Constantinum (ut ante scripsimus) nusquam se, aut Filios, Pontificis illo Maximi titulo nuncupasse testatur. Stola, inquies, Pontificia, a Constantino dicenda erit assumta, propterea quod ab Senatu, absque illa indumenti Pontificii cæremonia, nequaquam Pontifex dici Maximus poterat Imperator. At ecce tibi Gratianus Augustus, qui, eodem fatente Zosimo, *quum Pontifices ex more, talem amictum obtulissent, aversatus est id quod petebant, ratus non esse fas, illiusmodi*

CONSTANTINO, sed Maximiano Herculeo fuisse primitus positum, & quum ejus subinde nomen, (execrationis in illum caussa) abrasum esset, CONSTANTINI postremo nomen, in nominis illius locum, suffectum esse comperiit, demonstravitque ex Titulo, qui in sinistro Inscriptionis illius baseos latere, scalptus graphice est.

DEDIC. KAL. JAN.
D. D. N. N. DIOCLETIANO . III. ET
MAXIMIANO. CONSS.

Si nullus ergo inficias ire non quiverit, quod nempe tertius Diocletiani Consulatus in Christi fluxerit A.CCLXXXVII; ille vero, quem nostra refert Inscriptio, tertius CONSTANTINI Consulatus in C. A. CCCXII., vel CCCXIV. inciderit; omne iccirco procul erit abs dubio, quin Inscriptio illiusmodi, ætatem longe præcesserit CONSTANTINI. Quinimo si eodem in Epigrammate, CONSTANTINUM ornant prænomina C. VAL. AVREL., quæ nequaquam CONSTANTINO ei MAGNO (, cui FLAVII prænomen fuit) verum Maximiano Herculeo data sunt; huic proinde, non CONSTANTINO, neque Diocletiano, (ut falso putat Baronius) adjudicari debet Inscriptio, Pontificisque ille Maximi Titulus, qui nunc inibi est. Sed fuerit age, fuerit inibi CONSTANTINO ea Pontificis Maximi adpellatio, tunc recens primulum posita: ecquid ita? Quamplures certe Christianorum Imperatorum Inscriptiones supersunt, in quibus illi (a), Majorum itidem more, Pontifices quidem

F 2 Maxi-

modi habitu Christianum uti: & extat nihilominus quum post ipsum Baronium, tum post Gruterum (p.159. n.7.& p. 1082. n. 13.) Inscriptio, ubi Pontificis ei Maximi titulus datus est. Satis ergo jam patet, quod Constantinus, debellato, virtute Crucis Maxentio, nusquam titulo usus fuerit, vel veste Pontificiis Maximi; tametsi temporis nonnisi gratia (uti nitidius patebit infra) non ipse modo, quam sequiores post ipsum Christiani Cæsares fiverint, ut ab S. P. Q. R. juxta avitæ consuetudinis morem, Pontifices quidem Maximi dicerentur.

a Qui vel a limine Romanam sal-

Maximi dicti sunt: at nusquam ideo, Christiani metipsi Cæsares, hunc sibi Titulum (ut falso credit cum Zosimo

saltem historiam salutaverit, sat gnarus erit quod nempe Maximus in Urbe Pontificatus (qui solis primum Patriciis, & alicui subinde ex plebe, uti T. Coruncanio contigit, ex Pontificum, quibus ille præsidebat Collegio, institutore nonnisi Numa, consuevit creari) suam ob illam in Sacra omnia potestatem, adeo jam post Romanos veneratione crebuerit, dignitate, præstantia, ut Octav. Augustus, postquam totius Romani Imperii (Triumviro Æ. Lepido mortuo) potius est, Augustorum is primus, Pontificatum Maximum tenuit: quo sane fluxit, ut sequiores post ipsum Impp., etiamsi Christiani, eo Pontificis fuerint Maximo titulo nuncupati; perinde ac non tam ex illa Constantini jam visa Inscriptione, quam ex pluribus post Gruterum adparet Christianorum Imperatorum Inscriptionibus aliis, ex illa scilicet, vel Constantini junioris (pag. 283.) vel Valentis (pag. 288.) vel Gratiani (pag. 159. & 1082.) seniorisque Justini illa, (pag. 164.) quam ego unam, præ ceteris quibusque aliis nunc tradendam existimo, inde ut pateat, quam nimis procul a veritate hi abeant, qui Gratianum e Christianis Imperatoribus omnibus, postremum esse cum Nieuportio putant, cui Pontificis ea Maximi data sit nuncupatio: nam is Justinus, qui duobus ferme post Gratianum Sæculis (A. nimirum C. DXXVII.) mortalitatem explevit, in hac ab Ethnicis ei posita Inscriptione, Pontifex adhuc Maximus recensetur.

D. N. CÆSAR JVSTINVS. P. SAL. PIVS
FELIX. VICTOR. AC. TRIVMPHATOR
SEMPER. AVG. PONT. MAX. FRANC.
MAX. GOTH. MAX. VANDALIC. MAX.
COS. III. (Corrig. II. duos enim tantummodo Consulatus
iste gessit Justinus) TRIB. VIII. IMP. V.
CONSPICVAM. HANC. AEGIDIS. INSVLAM
INTIMA. ADRIATICI. MARIS
COMMODIS. INTERJECTAM. VENERAN
DAE. PALLADIS. ACRARIVM. QVONDAM
ET. COLCHIDVM. ARGONAVTARVM
PERSECVTORVM. QVIETEM. OB
GLORIAM. PROPAGANDAM. IMP.
S. C. IN. VRBEM. SVI. NOMINIS. EXCEL
LENTISS. NVNCVPANDVM. HONESTISS.
P. P. P. DESIGNAVIT. FVNDATIT.
C. R. P. Q. ET GENTEF. HONES
TISS. REFERTAM.

ſimo (a), Vandalenus (b)) vindicandum duxere; ſed hujuſmodi eos nomine, in Elogiis eorumdem nonnullis vocavere Gentiles, teſtante plurimum Servio (c), qui Chriſtianorum Imperatorum Arcadii, Honoriique temporibus, ætatem ferens, *hodie*, inquit, *Imperatores* DICIMUS *Pontifices*. Subeſſe ergo nulli debet occaſio dubitandi, quin Pontificis illud Maximi nomen, etiamſi, Romano illo in marmore, non Herculio, ut jam conſtitit, ſed MAGNO fuerit CONSTANTINO, olim primitus ſcalptum, ne hilum ideo, vel ei Oſtento contradiceret Crucis, aut Fidei hinc officeret CONSTANTINI, quem profecto Sozomenus (d), nuſquam ſe, neque Filios, Pontificis illo Maximi titulo nominaſſe fatetur.

Sequiore Gyraldi altera, de reſtituto a CONSTANTINO Deæ *Concordiæ* Templo Inſcriptione, ne leviſſime moveor. Scio Baronium, poſtquam diu multumque Inſcriptionem hujuſmodi, Lateranis in monumentis fruſtra prorſus quæſivit (e), eandem denique, uti falſam, ſuppoſitamque rejeciſſe quam merito: nihilo tamen minus, iſthæc licet ut certa, omniſque vacua νοθείας ſuſpicione admitti velit Inſcriptio; unum profecto, quod ea probaret, id eſſet, Templum ſcilicet illud, nequaquam a CONSTANTINO (in quo erravit Gyraldus) ſed ab S. P. Q. R. ob pacem a CON-

---

a L. IV.

b In Diſſert. de Orac.

c In Tert. Æneid.

d L. V. c. I.

e Summus ipſe Baronius (ad C. A. 312. n. XCI.) ſuam dum omnem in Inſcriptione illiuſmodi, perquirenda induſtriam, labore irrito habitam teſtatus fuit, ex Aldo tandem Manucio (L. de Orthogr.) unam profecto (extra, quam ullam aliam nec in Marmoribus, neque poſt Ἀρχαιολόγος *Antiquarios*, ſibi occurriſſe adſeruit) Lateranenſem produxit Inſcriptionem, quæ ad cujuſdam, in Laterano fortaſſe poſitæ Conſtantini Statuæ baſim conſtitiſſe videtur.

D. N. CONSTANTINO. MAXIMO. PIO. FELICI
AC. TRIVMPHATORI. SEMPER. AVGVSTO: OB
AMPLIFICATAM. TOTO. ORBE. REMP. FA
CTIS. CONSILIISQ.
S. P. Q. R.
DEDICANTE. AMICO. PAVLINO. IVNIORE
C. V. COS. ORD. PRÆF.
VRBI

CONSTANTINO, terra, marique partam, restitutum fuisse; at ita tamen, ut in inscripto Ædis ejus Elogio, CONSTANTINI ipsius nomen, honoris in illum caussa (prout erga Imperatores factitabant Romani) adponeretur.

Quid Nostri vero, datum illud a CONSTANTINO pro Aruspicina, Aruspicibusque consulendis, dehinc opponunt Edictum? Spondere enim sibi posse non jactent, quod ob id CONSTANTINUS, vel in deterius (opinione Baronii (a)) jam delapsus, vel Anno etiam, post Maxentium profligatum, nono (b), Augustus ipse, jam adhuc avita in Idololatria, ac superstitione retentus (uti pro more deblateraverat Zosimus (c)) existimetur. Si probe enim Constantiniani Edicti illi-

a Ad C. A. 321.

b Quum Constantinus C. A. 312. Maxentium profligaverit, Annoque dein 321. id Edictum adpareat datum esse; patebit ideo, novem quippe Maxentianam post victoriam Annos, Edictum hoc prodiisse, quando scilicet profligato Licinio, jam Constantinus, Romano solus Imperio potiebatur.

c Stomacho saltem movendus eris in Zosimum, dum (L. 2.) is omne in Constantinum amaritudinis, malevolentiæque virus evomuit, *postquam*, inquiens, *universum Imperium ad unius Constantini potestatem rediit, non jam amplius insitam a natura malitiam tegebat; sed indulgens animi libidini, patritis adhuc sacris utebatur*. Sed bene est quod Constantinum eo Edicti præfati tempore, Idololatriæ jam nuncium remisisse declarant quamplures ejus, pro Christianæ Ecclesiæ bono præstantissimæ Leges, quæ post Historicos, ac in Theodosiano præsertim Codice hodiedum adservantur. Quam heic autem opportune occurrerit Constantini Numisma, de quo Ducangius, Baronius, Sada, Bandurius, aliique locuntur.



Sub cuspide hastæ Labari, Cruce Christi, & Monogrammate insigniti, pro-

illius introſpecta ſint verba, jam nullimode CONSTNATINUS Aruſpicinam probaſſe, verum ille, vix hanc (quam nec tempus (a) cui ſerviendum tunc erat oppido, neque Imperii, quod is ſuſceperat πολιτία mox profligare ſinebat) permiſiſſe videtur. Ennumne CONSTANTINUS eo ſuo in Edicto, *Superſtitioni*, ajebat (b), *ſervire cupientes, poterunt publice ritum proprium exercere*? Nonne ad Populum, *non prohibemus*, edixit (c), *præteritæ Uſurpationis Officia, libera luce tractari*? Quum is itaque CONSTANTINUS, Haruſpicinam *pro Superſtitione* acceperit, ac illam, publica nonniſi in luce (d), non privatarum intra Ædium limi-

proſtat, medio velut ventre transfixus Draco, in quo humani nonniſi generis hoſtis, qui Idololatriç erroribus Gentes omnes infecerat expreſſus utique eſt. Quo proinde cum Nummo, analoga fuit Tabula, quam Draconem ſub pedibus Conſtantini, Cruce Chriſti confixum, & in mare demerſum repræſentaſſe ait Euſebius (L. 3. c. 3.) qua profecto in Imagine, Conſtantinus, ſuam de profligata Idololatria, virtute Crucis victoriam (uti nos alibi dicemus adhuc) exhibuiſſe videtur.

a Quanto enim in pretio Aruſpicina poſt Romanos exſtiterit, jam diſertiſſime, & in XII. Tab. L. & apud Tullium (L. 2. de L.) certum fit luculenter. Tantundem ergo, eo temporis fuerat, Aruſpicinam, ſic poſt Romanos excultam, omnimode profligare, quam ut S. P. Q. R. Ethniciſmo addictum, ſibi infeſtum tunc reddere, eo quod patrii eorum ritus, ipſa cum Urbe nati, ita tunc univerſim peſſundarentur.

b In Cod. Theod L. 1. *de Malef.*

c Ibid. L. 2.

d Quam ego lubens in illam pedibus iturus ero Eruditorum ſententiam, aliud nempe a Conſtantino ante hujus Edicti tempora datum eſſe Reſcriptum, quo adhuc publica Aruſpicinę officia, interdicta omnibus eſſent: quo ſane fuerit, ut Romani, ei ſuperſtitioni univerſim addicti, mirum ſtatim in modum, (perinde ac in rerum novarum ordinem maturantes uſuvenire conſpicimus) tumultuantes quotidie, tempori ideo conſulendum eſſe tunc duxerit Conſtantinus; ſatis contentus, ut juxta aliud de *Aruſpicina, Aruſpicibuſque* Reſcriptum (quod in Cod. Theod. L. 1. 2. *de Malef.* vides) Aruſpicina non clanculum, neque intra privata limina, alienive in domibus (unde majorum patebat paſſim flagitiorum occaſio) verum ad Aras poſſet peragi publicas, ac Delubra; quod, uti noſces, malum certe præ aliis, minus eſt. Quare nitidius hinc noſcendum occurrit quantum ab avito Idololatriæ errore

limina (ne sic illicitis , opera data esset) exercendam indulserit, quis quæso est, cui non, Augusti illius animus, ab *Superstitione* hac ipsa, quam alienus probetur? Quod si Aruspicum Responsa, ad se tandem referri, CONSTANTINUS mandavit, sane id ipse gessit, non quasi Augurum, fidem præstans Responsis (quod male Zosimus scripsit (a)) verum hoc ut is modo, & suæ quidem, & Reipublicæ tranquillitati peropportune consuleret (b), expendens nempe, an quid in suum, Reique publicæ detrimentum quodcunque, respondissent Aruspices. Sed quum postea, CONSTANTINI ejusdem opera, longe, lateque Christiana res invalesceret, jam omnem ille Aruspicinæ consuetudinem, sublatam penitus voluit, pessumdavitque, quemadmodum ex ipso Zosimo (c), Eusebio (d), Sozomeno (e), aliisque refertur.

Quando itaque CONSTANTINUM ab ei impacto, Maxentianæ post victoriæ tempora, Idololatriæ vindicavimus crimine, cujus prætextu, eidem hactenus denegatum erat Augusto Divinum Crucis Ostentum, quod ipsi diu, noctuque fuerat jam antea repræsentatum; superest modo, ut adpa-

---

re procul quidem abierit, post profligatum Maxentium Constantinus, perinde ac Dionysius Gothofredus (in Comment. ad L. 1. Cod. Theod. *de Paganis*) Morinus (in Hist. Gallic. *de liberata Ecclesia per Constantin.*) Pagius (in Crit. Bar. ad C. A. 321. n. IV.) aliique tuentur.

a L. 2.

b Quoniam *maximum* (ut ipse inquit, qui ex Augurum erat numero Tullius L. de Leg. 2.) *& præstantissimum in Republica erat jus Augurum, auctoritati conjunctum, ut præ juribus eorum aliis, possent ipsi decernere, ut Magistratu se abdicent Consules . . . & cum Populo, cum plebe agendi jus dare, aut non dare*; merito ob id factum, ut Constantinus, suæ quidem, Reique publicæ securitati prospiciens, suam ad scientiam referri sedulo jusserit quicquid Aruspices vel de *Fulguris tactu* (unde iisdem *Fulguratorum* nomen manavit) vel circa *Exta* & *Omina* (nam tria hæc ex Tullii testimonio L. 2. *De Divinatione*, Aruspicina spectabat) respondissent: quemadmodum in ipsis Magicis permissis itidem artibus, Augustus idem (L. 3. Cod. Theod.) publicæ etiam, privatæque saluti prospexisse dignoscitur.

c Ibid.

d In V. Const. L. 1. c. 4.

e L. 1. c. 8.

parentis nonnisi interdiu CONSTANTINO Crucis narratio, ab opposito in eam ipsam Lactantii, aliorumque tandem silentio, inconcussa monstretur.

Quæ positivo[præfari certe nunc juverit]suffulta sunt argumento, ea *αρνητικοῖς negantibus* rationum momentis convellenda non erunt,ne quis vestigia forte sit sectaturusFausti Manichæi, qui quæsitus ab Augustino, eccurnam ipse, Vetus non admitteret, Testamentum verbis illis Servatoris roboratum, *non veni solvere Legem*, *aut Prophetas*? respondit; inane illud esse testimonium, quia unius Evangelistæ, silentibus omnibus: quæ si valeret, Hæretici effrontis hominis ratio, de veritate actum esset adparentis in Cœlo, in Servatoris Natale Sideris, de quo duntaxat Matthæus locutus est; actum sic item de veritate jam foret Sudoris Christi sanguinei, quem solus retulit Lucas; actum peræque de quamplurimis esset Christi Domini gestis, quæ vel vno, vel altero Evangelista narrante, non ita tamen Evangelistis ab aliis recensentur. Exemplo quidem id esse debet Basnagio, græcalibusque quibuslibet ejus omnibus, quod si nempe Eusebio referente, Crucis Adparitio, & vigilanti, & dormienti CONSTANTINO, sive sub ipso primitus diei jubare, ac in Visu deinde noctis facta fuerit; contra vero Lactantius, aliique, diurnam Crucis Visionem CONSTANTINO factam, non memorant, dum solam narrant nocturnam; hoc ipsi pacto, aliquid sane veri (nocturnum Visum narrantes) retulere, sed aliquid ab illis falsi (eo de diurno dum non agunt Ostento)relictum minime est. Quid recta tamen a ratione abnormius, quam non Crucem adserere, sed Christi duntaxat nominis Monogramma, obdormienti exhibitum CONSTANTINO significasse Lactantium, verbis hisce, *admonitus est in quiete* CONSTANTINUS *ut Cœleste Signum Dei notaret in Scutis*? Eo nanque jam abest, ut crucem figant, vel quicquam nobis negocii hæc facesserint verba, ut diurnum ex ipsis potius, Signi Crucis Ostentum indicetur. Quamvis enim inficias iturus ipse non fuerim,quod Monogramma nimirum Christi, modo

G *Domi-*

Domini Signum (a), modo *Signum* (b) quandoque fuerit absolute vocatum; negari non potest tamen, quin vocabulis istiusmodi, Crux a Lactantio (c), nec non a ceteris adhuc PP. (d), Divi-

---

a Sane hoc nomine vocatum est Christi nominis Monogramma in eo eruto ex Cœmeterio S. Hippoliti Marmore, quod a Boldetto pag. 345. vulgatur.

PETRO ET MARCELLINO IN SIGNO DOMINI ☧
VIVI SIVI FEÇERVM. Cor. SIBI FECERVNT.

b *Signum* absolute, metipsum Christi dictum est Monogramma in eo Marmore alio, quod e S. Agnetis Cæmeterio, in dias luminis auras eundem apud Boldettum pag. 273. sic producitur.

☧ ASELLVS ET LEA PRISCO PATRI BENE ME
RENTI IN PACE
QVI BIXIT ANNIS LXIII. MENSIBVS III
DIES N. XII
IN SIGNO
heinc ☧ inde
Palmæ folia
V. KAL. OCT. D. BASSO. ET ABLAVIO
CONSS.

c *Quum enim* (ita L. 4. c. 27. is ait) *quidam nostrorum Sacrificantibus Dominis assisterent, imposito frontibus* SIGNO, *Deos eorum fugaverunt*.

d Quorum ferme universorum PP. in numero, sunt præsertim Ephremus (*L. de Vir. Pænit. c.* 3.) Ambrosius (Orat. *de Obit. Theod.*) Cassiodorus (*in Psal.* 4.) Paulinus Nolanus (*Epist.* 11. ad *Severum*) Augustinus (*L.* 11. *contra Parmenian*) Damascenus (L. 4. c. 12.) Sophronius Hierosolymitanus (Hom. *de Venerat. Cruc.*) Alcimus Avitus (L. V.) jam canens

Sic nos Christe tuum salvet super omnia SIGNVM
Frontibus impositum.

Sed in horum profecto, imo in omniumfere PP. de Cruce Christi encomiis, laudibusque, nunquam Crux, *Cæleste Signum* dicta fuit: quod argumento magis esse jam debet, ut Lactantius, dum *Cæleste Signum Dei* Constantino in noctis Visu, patefactum narravit, eo siquidem ex adjuncto CŒLESTE, Crucem is intellexerit, quæ jam in Cælo eidem fuerat Augusto, die præcedenti ostensa.
Quam-

Divinisque Scripturis (a), κατ' ἐξοχὴν, universim, ac proprie designetur. Quoniam ergo Lactantius jussum narravit CONSTANTINO fuisse ut *Cæleste Signum Dei notaret in Scutis*, Crucem sic ille, quam in Cœlo sub diem CONSTANTINUS suspexerat, designavit; nam Crux, non alio dici quiverat pacto *Signum Dei* COELESTE, ni relate ad locum seu Cœlum, ubi fuerat exhibita; neque Lactantius, ullibi unquam, ni CONSTANTINI duntaxat Visionem commemorans, Crucem, COELESTE *Signum Dei* recte duxit vocandam. Si Lactantius itaque admonitum fuisse adserit CONSTANTINUM, ut *Cæleste Signum Dei notaret in Scutis*, & CHRISTUM, sive sacrum Christi nominis Monogramma fuisse subdit, a CONSTANTINO in Scutis ipsis notatum; cave heinc inferas, quod CONSTANTINUS vel solum Christi in

 quie-

Quamvis autem Crux non modo quam Monogramma (ut hucusque nos vidimus (sub vocabulo *Signi Domini*, vel *Signi* consueverint exprimi; num Nazarius tamen, dum Constantino dicatum ait (in Paneg. 2.) ab Senatu fuisse *Signum Dei*, isthoc is nomine, Christi Crucem, vel Monogramma, vel Christi Statuam, uti putat Baronius (ad C. A. 312.), vel, quod is forte maluerim, Crucem cum Monogrammate [prout in Labaro cernimus Constantini] expresserit; id, plenum undique dubii nunc est adeo, ut certi hoc solum sit, nil esse hactenus, quod certe ac definite eo de ipso noscatur.

a Supremi Judicis Christi (dum extremo nimirum venerit, judicare Vivos & Mortuos die) Majestaticam, fulgentemque pompam describens Matthæus (c. XXIV. 30.) *tunc*, is ait, *parebit Signum Filii hominis in Cælo*: quo profecto in Signo, ita Crux juxta PP. Ecclesiæque ipsius [quæ in Exaltatione S. Crucis Liturgia, *hoc Signum*, ait, *erit in Cælo, cum Dominus ad judicandum venerit*] interpetrationem, indicata jam venit, ut Bengelius, qui Signum illud ad Majestaticam nonnisi retulit quandam advenientis Filii hominis pompam (σημεῖον *Signum* quippe ἀπὸ τοῦ σήματος, *ab insignio* scilicet derivatum, quid illustre, splendidumque significat) audiendus non sit; maxime adhuc, quia nil vetat quominus Signum illud pro Cruce simul, ac Majestatico illustre quodam sumi possit Ostento; quoniam Crux, quæ tunc in Cœlo adparebit, ad Majestaticam certe pompam, in qua *videbunt* [ut ibid. Matthæus inquit] *Filium hominis venientem in Nubibus Cæli cum virtute multa & Majestate*, dubio procul refertur.

quiete conspexerit Monogramma, vel id solum is postea suis notarit inScutis. Quod enim unum ex Lactantio inferas in hoc redit, quod CONSTANTINUS in nocte viderit iterum *Cœleste Signum Dei*; seu Crucem ipsam, quæ ei antea pomeridianis, præcedentis diei horis (ut sic certe cum Eusebio concordem ducas Lactantium) adparuerat in Cœlo; & eodem in noctis Visu, jam de CHRISTO, seu Monogrammate adhuc Christi in Armis suis notando instructus fuerit is idem; quem proinde Lactantius, suis in Scutis CHRISTUM, seu idipsum Christi nominis Monogramma, aut sejunctim, vel conjunctim cum Cruce (prout ab Socrate (a) discimus) adnotasse fatetur. Sozomeni autem illa de quibus nescio, Angelis CONSTANTINO, in noctis Visu adparentibus enarratio, ea, ut verbo dicam, nequaquam prorsus narrationi præferri debet Eusebii, qui ejus ore CONSTANTINI audivit, non sibi Angelos, nocturno illo in Visu adparuisse, sed Christum (quando enim id Eusebio retulit CONSTANTINUS, jam gnarus erat de Christo) qui, uti diximus, eidem denuo, Signum illud, quod jam in die, Sole ipso splendidius adparuerat, ostendens, tunc ipsi jussit ut ad illius similitudinem Signi, novum quoddam extrueret militare Vexillum, quo suis deinde in præliis uteretur. Si Gentiles postremo, illam de adparentis sub die Crucis in Cœlo narrationem, tametsi CONSTANTINI Commilitonumque ipsius omnium deprædicatam sermone, tanquam *fabulam* nihilominus ac *figmentum*, ut Gyzicenus retulit, traduxere; id vel pluma,

a Socrates quippe (L. 1. c. 8.) testatum prodit id liquido: nec ita tandem de adhibenda in Armis Cruce, & Monogrammate Christi jussus est Constantinus, ut vel utrunque is ubique conjungeret, aut unum vice alterius non ei fas esset exprimere; quippequum ipse, sicut in Labaro (ut de Nummis heic taceam) Crucem & Monogramma; sua in Galea, solum [teste Eusebio] Monogramma; & in Militum suorum Galeis, solam Crucem expresserit, de qua canit Prudentius,

. . . *Ardebat summis CRUX addita Cristis*;

sic nihil vetat quominus ille, modo Crucem in Scutis, uti retulit Socrates, modo in his Monogramma repræsentaverit Christi, prout ante Lactantius fatebatur.

ma , fumoque levius , Gyzicenus metipse ostendit esse , dum subdit , quod *his qui vero credere adsueverunt* , *perspicua est rei gestæ demonstratio* : heinc eorum , qui ob nimium in Christi Crucem , Christianamque rem odium , contradixere , Gentilium impudentia , & incuranda , despicienda , recte demum a nobis execranda erit ac ea , ob quam Christus ipse *Crucifixus* (quemadmodum ait Paulus) *stultitia* adhuc *Gentibus* videbatur . Sed ohe ! jam satis est. Summo itaque debet jure aliquando tandem fateri , quod diurna CONSTANTINI AUG Visio , ex ejus habito post Lactantium , aliosque silentio reprobari non queat ; nec ex aliis , quæ rejecimus antea argumentis , quicquam possit extundi , quo omnis illa , de adparente CONSTANTINO , diu , noctuque Cruce , narratio , vel leviuscula dubitationis in aleam revocetur .

C A P. III.

De Diurni Ostenti Crucis CONSTANTINO in Aera adparentis Criterio : quo tandem constet , num hujusmodi Adparitio , ad purum putumque debeat Solaris Halonis genus , seu naturale Φαινόμενον revocari ; anve digna ipsa eadem sit , quæ pro vero , specialique Dei Virtutis Miraculo existimetur .

QUamvis de Cruce CONSTANTINO interdiu adparente , Jo: Albertus Fabricius , non dubitare sit visus (a) ; recte is nihilominus cum illiusmodi Adparitionis Osoribus connumerandus nunc venit , utpote qui Adparitionem Crucis ipsam a Divini , quod ei perpetuo conservavit Antiquitas , prodigii gradu depellere , & ad Solaris nonnisi Halonis (b) Φαινόμενον conatus fuerit referre , quasi

a Sua in illa , a nobis jam in Anteloquio indicata *Exercitatione* quæ T. VI. *Biblioth. Græcæ* intexitur .

b Simillimus certe Iridi , Halo est , vel Corona , sive Circulus , vel


quasi si in cælestis Ostenti hujus efformando criterio, dicturus esset cum Tullio [a], *in hoc liberiores sumus, quod integra nobis est judicandi potestas; neque ut omnia, quæ præscripta, & quasi imperata sunt defendamus, necessitate ulla cogimur*. Sed quousque, pro Superi! usquequo docti homines præclara Criseos Arte, ipsoque Critici nomine abutentur? Sane nostris est hisce gratulandum temporibus, quod ea scilicet, quæ diu jam cum intermortuis litteris melioribus, consepulta fuerat Ars Critica, nunc princeps ipsa, facem ceteris præferat, niteat, vigeatque; nonnihil tamen, de nostro item hoc Ævo, jure erit dolendum, quod usque adeo, liberalissima Arte illa abusi fuerint non pauci, ut haud alio hi putent modo, Criticorum partes explere, ni vel *fluctus*, ὡς λόγος ἐστι, *excitent in Symbuvio*, vel ea adhuc, quæ constanti ætatum omnium, Scriptorumque traditione, firmata sunt, ea ajebam, quantis, quantis sunt viribus, tanquam ignaræ, credulæque multitudinis præjudicia labefactare conentur. Quinti jam supra decimum ætas Sæculi vergit, quin vel unquam fuisset aliquis, qui ea Crucis in Visione CONSTANTINO exhibita, peculiare, verumque non nosset prorsus, Dei Virtutis miraculum. Quid non monstri propterea, nobis esse nunc debet, ut qui heri,

---

vel Zona illa, quæ ita Solem & Lunam ambire solet interdum, ut Sol ipse, vel Luna, Halonis, aut Coronæ centrum videatur. Quod ab Iride differt Halo, in id potissimum redit, quod Halo nempe, unius quidem plerunque coloris sit, Iris vero multiplicem (ut ex Hist. Acad. 1708. ex Cartes. *Meteor.* c. 9. exque Neut. *Optica*, aliisque pluribus disces) repræsentet colorem: Iris opposita Soli fit & Halo Soli concentricus: a Sole sæpius, quam a Luna efformata fit Iris; fit autem Halo circa Lunam, quam circa Solem frequentior. Cum aera, vaporque in tenuem concrescunt Nubem, Halo fit; in quo, dum infra Solem & Lunam est, Lunæ vel Solis radii, nostrum ad oculum, colore velut perfusi, vel imbuti refringuntur. Quamvis Seneca autem, & Aristoteles, ignoratum vel negatum a compluribus fuisse Græcis edixerint Halonem Solarem; celebris nihilominus Halo fuit in Urbe, dum Augustus Romam ipsam ingressus est; qui plane Halo, & a Seneca, & a Plinio, tamquam variis intermixtus coloribus recensetur.

a Acad. IV. 13.

heri, vel nudius tertius lucem vidit Fabricius, Ostentum Cœleste illud, jam ad Solis Halonis speciem conatus fuerit rejicere; nec id ab aliis, Divini loco miraculi fuisse habitum dixerit, ni vix ab illis, apud quos nulla Physices, nulla Astronomiæ, Opticesque cognitio inveniretur? At ne plura fortasse visus fuerim præfari, omnis, qua de nos agimus, in id sistenda res est. Quicquid de Cruce CONSTANTINO in aere adparente enarravit Eusebius, sive id omne, quod ipsam juxta Eusebii narrationem, ad adparentis illius Crucis quum Formam, tum Materiem, tumque Tempus, ac Spectatores pertineat, id sane totum, ad purum putumque refert Fabricius Halonis Solis Ostentum, quod hoc præsertim in adposito Schemate (a) intuetur.



Spectemus & heic nos itaque æquo Fabricius modo, illud Crucis in aere CONSTANTINO adparentis Ostentum, Solare hoc in Halone, ad recensitam Eusebii narrationem repræsentandum aggreditur. Sane Crucem, sive *Trophæi*, ut Eusebius retulit *Crucis* Formam, in hoc is prodit Halone ubi

a Quod, ut vides Schema, præcipuum est profecto e diversis Schematibus Halonum illis, quæ Fabricius, eadem sua in *Exercitatione* jam affert; imo unicum ipsum est, quod magis quidem Fabricianæ favere posse hypothesi videretur.

ubi jam ex Parheliis [a], ceu ementitis Solibus A D R immiſſi quidem ſunt radii B D A C, qui Halonis peripheriam, ſeu Coronam (cujus in centro, verus inſidet Sol S) decuſſatim ita diſpeſcunt, ut Crucis ex illis ſpecies depingatur. Quum hoc autem in Halone, Crux ex luce, ſive Parheliorum ex radiis coaleſcat; jam illius proinde Crucis Materies (inquit ita Fabricius) eadem ac ea erit, quam exponit Euſebius, qui trophæum Crucis illud, ex lucis nonniſi radiis conſtitiſſe teſtatur. Sole ad Occaſum vergente, Crucem illam in aere adparuiſſe refert Euſebius: & Solis Halonum tempus, nonne, ſubdit Fabricius, idem utique eſt? Spectatam a CONSTANTINO, Exercituque ipſius integro, ipſe narrat Euſebius, Crucem illam fuiſſe: at ſi Divino, Fabricius idem infert, adſcribendum eſſet miraculo illud Crucis Oſtentum, CON-

---

a Parhelium, uti ipſa ex Græco etymo vox ediſſerit, nihil eſt aliud, quam ſpurius & ementitus Sol; tametſi a Plutarcho & Clomede, Anthelium, quaſi Sol alius, vero Soli appoſitus nuncupetur. Quemadmodum enim, ſi ſpeculum Soli opponas, aut Solis radii in aquæ ſuperficiem incidant, Solis ſtatim imago adcuratiſſime in ſpeculo, vel aqua depicta adeo eſt, ut illa vix a vero Sole diſtingui poſſit; ita plerunque in Cœlo, ad veri Solis latera in 22, 34, aut etiam 45 graduum diſtantia unus aut plures apparent ementiti Soles, qui veri figuram Solis, lucem & magnitudinem æmulantur. Suis quidem temporibus, tres in Cœlo obſervatos fuiſſe Soles, duo nimirum Parhellia, narrat Plinius: poſteriore tamen ætate, longe plura obſervata ſunt locis plurimis hæc Parhelia, nam quinque Romæ Scheinerus, Anno 1629., & ſequiore Anno ſeptem: quaterna Maraldus Anno 1721, aliaque narrant alii, quæ diverſis temporibus evenere. Quare vide, ſi lubeat Xiphilinum (Edition. R. Steph. pag. 33.) Deſcriptiones Halonum Solis & Parheliorum factas a Gaſſendo, Carteſio, Hevelio, Bungio, necnon Hiſtoriam Academ. 1721. Tranſactiones Philoſoph. Anglic. A. 1670., Acta Erud., ac Trevoltina Monumenta A. 1701. Quod putat vero Carteſius (id enim ego, qui Hiſtoricum, vel quidvis aliud potius, quam Philoſophum ago, παρεργον velut adponam) tunc nempe fieri Parhelium, quum Solis radii in Nubem glaciatam, quoddam tamquam in ſpeculum incidentes, oculos noſtros incurrunt; hoc, vel abſurdum vel inutile prorſus videri poterit: quandoquidem Solares etiam radii a Nube non glaciata reflecti queunt; & conglaciatæ Nubes illæ vi frigoris, nullo certo argumento probari poſſe cenſentur.

CONSTANTINI ſolius oculos incurriſſet profecto; uti, dum Chriſtus Paullum, e Cælo olim vocavit, jam efful-gentem ob id prodigii lucem, uni nonniſi Paullo, non adſeclis ejus aliis innotuiſſe refertur.

Sed Euſebii de CONSTANTINI diurna Crucis Viſione narratio, tam procul abeſt, ut in hoc poſſit Halone Solis exacte repræſentari, ut dubitem ego potius, quin id ex animo ipſe ſibi Fabricius perſuaſerit. Sane certi id habeo, neminem poſſe unquam ad Solaris Halonis genus Adparitionem Crucis illam referre, ni jam ab eo, vel quod Halo Solaris ſit, vel quid de Crucis Oſtento illo enarrarit Euſebius, ignoretur.

Si Euſebius cumprimis narrat, quod Chriſtus, noctu CONSTANTINO mandarit, ut ad illius, quod ei in aere adparuerat ſimilitudinem Signi, militare Signum extrueret; ſatin ſanus is erit, qui CONSTANTINO mandatum a Chriſto dixerit eſſe, ut ad Solaris nonniſi Halonis imaginem, novum illud militare Vexillum conſtrueretur? Sed rem, age, penitius perſcrutemur. Si Euſebii narratione, ſuperpoſitum fuit Soli, Crucis illud trophæum, quod adparuerat in Cœlo; conciliari hæc nuſquam poterit Adparitio, eo cum Solis Halone, in quo quum Crucis nimirum Forma, Parheliorum ab radiis, qui Solem verum in Halonis ipſius centro decuſſatim diſpeſcunt, depicta ſit; Crux hæc propterea, non ſupra, ſed vel in medio, vel infra potius verum Solem debuiſſet oſtendi: at ſi relate ad ementitios Soles, relate ſcilicet Parheliorum ad radios, quum circa Septentrionem, tumque circa Meridianum decuſſatos, Crucem ipſam concipies; ea tunc certe ſpectari unquam non poſſet, quin duos intra incluſa Soles, verum ſcilicet unum, ac ementitium alium, videretur. Sed ecquis, rogo, tam bonus erit ut credat, quod quum viſi tunc fuiſſent in aere plures Soles, CONSTANTINUS ſubinde de ejuſcemodi ſummæ omnium admirationis Oſtento, nil Sacerdotes, ad Signi hujus interpretationem vocatos, interrogaſſet quandoque; nil is unquam Euſebio, nilque nobis Euſebius enarraſſet? Quid, quod in Solis Halonis centro, ubi verus Sol

 inſi-

insidet, aliqua soleat (ut illo vides in Schemate) variegatis tamquam Iris coloribus, adparere Corona, K. P. V. H., quæ quum omnium ad se oculos, sui tantam ob pulchritudinem rapiat, detineatque, vix ideo, vel ne vix sinit de decussatis ad ejus latera radiis animadvertere eos, qui ejus tunc pulchritudine detinentur? Quid, quod vergente nonnisi Autumno (ut sequenti patebit Capite) illa contigit Visio; contraque autem, Parheliorum Solis tempus, Hyems potissime est? Quod Fabricius denique diurnum Ostentum illud, veram miraculi notionem præseferre negavit, propterea quod non CONSTANTINO duntaxat, sed Copiis ejus omnibus, adparuerit; id quamvis affatim, eodem ipso, quod ille adhibet Pauli, retundi posset exemplo, quo sane discimus, quod Christi Saulum vocantis voces, nedum ipsius ad Pauli, quam ad Comitum ejus aures tunc pervenerint [a]; nihilo tamen minus, si quid vel leviuscule Divini adversus veritatem miraculi, ex hoc probaret Fabricius, jam patrocinium sic ipse quoque visus esset suscipere perditissimæ caussæ, qua nempe quidam [b], Divino negant referendam

a *Viri autem* (ita enim in Actib. Apost. c. IX. invenies) *qui eum comitabantur stabant stupefacti audientes quidem vocem, neminem autem videntes*.

b Solis defectum, quem moriente Christo Domino, Evangelistæ, ac Patres, necnon Phlegon, Hadriani Libertus, Thallus, & Pseudo-Dionysius, Epistola ad Apollophanem, ac Sybillina conficta tandem Oracula contigisse commemorant; Solis inquam defectum illum non Divino prodigio, sed naturali adscribendum esse Phænomeno blateravit Spinoza, dum illum ideo a quadam nescio Veneris, Mercurii, Meteororumque interpositione arcessit, cujus ob caussam, Solare lumen, quibusdam non certe novis obductum reputat maculis, perinde ac in Julii Cæsaris morte, atque Justiniani, & Caroli V. temporibus evenisse refertur. Sed dum ita Spinoza, patratum a Deo Patre in Filii sui morte prodigium ausus fuit evertere, suam utique in re Physica stupiditatem, inscitiamque demonstrat; nam quum defectio Solis illa, tempore siquidem, quo jam Luna prope oppositionem devergeret (Animam enim Christus Sanctissimam exhalavit, biduo fere ante Pascha, & Plenilunium Mensis *Nisan*, vel quum jam Luna a prima Syzigia, 155. fere gradibus distaret

dam esse miraculo Solarem illam, in obitu Servatoris Eclypsim; nam tunc adeo tenebræ, in Palestinam non modo, verum in Terræ, qua longe lateque patet faciem universam irruere, nemo inde ut esset, qui tunc non tanti novitate miraculi teneretur.

Quæ enim ab solo Dei voluntatis consilio, juxta temporum, rerumque vices, nunc alicujus, nunc perplurium gratia, nunc *occulte*, nunc *manifeste*, nunc modo uno, ut semel dicam, nunc alio intercedunt miracula, ea, si levidense, si fallacissimo rationis humanæ metiri velis judicio, jam ita *nihilo*, ut inquit ille, *plus ages*, *quam ut cum ratione insanias*. Quid his dixerit Noster? Si haudquaquam hisce forsan contentus, aerem interim, nubesque velit,

H 2

staret] intervenerit, illa proinde ab interpositoSolari corpori obiice, maculisque (uti Eclipses, memoratorum Cæsarum tempore evenere) haud ab alio, ni a Physices inexpertissimo peteretur. Solem quippe proprium circa axem, spacio fere 26. dierum rotari constat, quocirca illius hemisphærium, 13. quidem diebus a conspectu nostro subducitur. Si itaque maculæ, deliquium de quo agimus produxissent, totidem ipsæ adhuc diebus perseverassent, quoniam uno, eodemque cum Sole motu cientur. Quum ergo tenebræ, ex Evangelii narratione, *facta fuerint ab hora Sexta*, *ad horam Nonam*, inscitissime ob id Spinoza, Solem in Christi morte, ex objectis in illum maculis, opacatum fuisse exarbitratur. Quod si reponere fortasse velit Spinoza, fuligines nempe Solis, momento crescere, & momento, tribus elapsis horis potuisse dissolvi, perquam facillima eidem erit responsio; quod omnes nimirum maculæ, quoties vastæ magnitudinis (quales utique in Christi morte debuissent admitti) adparuerunt, ipso non diffitente Spinoza, non certe prius, quam post multas circa Solem absolutas periodos, evanuere; uti nedum Scheinerus (*In Ros. Urs.*) Keillius (*ad Ver. Astronom. Lect.* v.) aliique demonstrant celebriores Astronomi, verum & ipsæ antedictorum Cæsarum testatum reddunt Eclipses, quæ a minoribus licet maculis, obiicibusque productæ, ad Menses tamen & Annos extenduntur. Sed quid inquies, pluribus opus est? Satis itaque de Spinoza (ab Origenis enim, aliorumque de eo Solis, in obitu Servatoris defectu opinamentis quammerito improbandis, ne meam nimium ultraSpartam visus fuerim pervadere, silens abeo) satis, ajebam, isthæc erunt, ut pateat, quam putidissime a vero distent, qui *Cælum, ut* Phedrus ait, *vituperant*, *ut sapere putentur.*

ſit, maxima omnium pernicitate tranare; laxemus habenas licebit, & illum ſibi pro lubitu permittamus; dummodo tamen, exempla ea, nunc expendenda relinquat, quibus id ſuum, in quo tam ſplendite ipſe ſibi complacuit adinventum, perſuadere conatur.

Satis quidem bene longo **Καταλογῳ** jam multigenas Adparitionum in Cœlo Crucis, ipſe refert exempla [a], quibus in

---

[a] Quo quidem in Adparitionum in Cœlo Crucis, poſt Fabricium Syllabo, poſt Oſtenta Crucis illa, quę falſo quidem enarraſſe Nicephorum jam nos alibi diximus, necnon poſt illam peræque Crucis in aere Adparitionem, Conſtantii tempore factam, de qua itidem antea dictum fuit; ſic is demum Fabricius ſuam de Adparitionibus Crucis aliis narrationem proſequitur.

„ Anno Chriſti CCCLXIII. „ cum Julianus Imp. Hieroſolymas „ inſtaurari juſſiſſet, non modo „ metuendi globi flammarum pro„ pe fundamenta, crebris aſſultibus „ erumpentes fecere locum, exu„ ſtis aliquoties operantibus, inac„ ceſſum, ut præter Chriſtianos „ Scriptores teſtatur Ammianus „ Marcellinus XXIII. I.: ſed Crux „ quoque in Cœlo viſa terruit ho„ ſtes Chriſtianorum, ut his ver„ bis refert Gregorius Nazian„ zenus, Invectiva in Julianum ſe„ cunda, non longe ab initio p. 112. ὃ δὲ ἐπὸ τυτυ παραδοξοτερον καὶ πεϱι φανεϛερον, ἔϛη φῶ ἐν τῷ ȣρανῷ τιν ϛαυρον πεϱιγράφον, καὶ τὸ πρότερον ἐπὶ γῆς ἄτιμα ζόμενον τοῖς ἀθέοις τυ χῆμα, νῦν ἐν ȣρανῷ δείκνυται πᾶσιν ἐπίσης· καὶ γίνεται τρόπαιον τῷ Θεῷ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν νίκης τροπαιον παντὸς ὑψηλοτερον. Πρὸς ταῦτα τί φήσονται οἱ τȣ αἰῶνος τȣτȣ Σοφοί; *Quod autem hoc etam mirabilius clariusque fuit, lux in Cœlo ſtetit, Crucem in orbem deſcribens, ac nomen illud & figura quæ in terra prius impiis contemptui fuerat, in Cœlo nunc omnibus æque oſtenditur, Deoque victoriæ de impiis relatæ tropæum efficitur, tropæo omni ſublimius & præclarius. At hæc porro quid dicturi ſunt bujus ſeculi Sapientes?*

„ Eneconi Graciæ, cognomento Ariſtæ, filio, qui pri„ mus Aragoniæ ac Navarræ Re„ gis nomen aſſumſit (Anno Chri„ ſti DCCLVIII. ut ad illum an„ num notat Antonius Pagi num. „ 12.) idem plane quod Conſtan„ tino accidit, ſi credimus Lucio „ Marinæo Siculo, aliiſque re„ rum Hiſpanicarum Scriptoribus. „ Cum enim adverſus Mauros prę„ lio decertaturus eſſet, viſum & „ illi in Cœlo Crucis Signum eſt, „ quo fretus primo ſtatim impetu „ incredibilem vim hoſtium fudit „ pro-

in omnibus, ne Divinum, is ait, coacti simus agnoscere venerarique miraculum, præstare infert, ut illo simul cum Crucis, CONSTANTINO adparentis Ostento, ad emphaticas, quas vocant impressiones, ac ad Halonum præsertim Solis Phœnomena revocentur.

Quam

„ protrivitque. Hæc ipsa Crux „ deinde ab Enecone armis insculpta, hodieque sempiternæ memoriæ ergo in Aragonici Regni insignibus cernitur.

„ Anno quoque Christi „ DCCLXXIV. rubra Christi Crux „ in Cœlis post Solis occasum apparuit, ut notatum Chronologo Saxoni ad illum Annum, „ pag. 61. cujus loci indicium debere me fateor indicio Nicolai „ Gurtleri Viri Clariss. in Historia Templariorum num. LXXVIII. „ Edidit illud Chronicon Edmundus Gibson Oxon. 1692.

„ Dodechinus Abbas, qui „ Chronicon continuavit Mariani „ Scoti, atque in Joh. Pistorii collectione Scriptorum rerum Germanicarum legitur „ *Ad Annum Christi MCXLVII. pag. 473. Quum Episcopus & omnis Populus Clerusque (Merseburgensis) qui ad diem festum convenerant, adstarent, quasi Iris in Cœlo apparuit, ac in medio Crucis ostensæ sunt.*

„ Robertus, de Monte, in Appendice ad Chronicon Sigeberti „ Gemblacensis ad A. C. 1177. „ p. 662. Edit. Pistorii „ *in nocte S. Andreæ factus est ventus vehemens, & in ipsa festivitate & in prædicta Vigilia apparuit lux, mane veniens ab Oriente; usque ad Occidentem qua die pugnaverunt Christiani cum paganis apud S. Georgium de Ramusa. Putabat Saladin, qui duxerat uxorem Naraadin jam defuncti, quod posset capere urbem Hierusalem defensoribus destitutam, quia Comes Flandrensis duxerat fere omnes Christianos milites ad obsidionem Harenc. Sed tamen Rex Hierusalem & Patriarcha, & alii religiosi viri habentes paucos milites, & servientes, per virtutem S. Crucis vicerunt innumerabilem exercitum Paganorum, cujus Crucis longitudo a terra ad Cælum Paganis apparuit, sicut ipsi dixerunt.*

„ Matthæus Paris ad A. C. „ MCCXVII. sub Richardo III. „ p. 203. „ *Sub his quoque diebus mense Majo feria scilicet sexta ante Pentecosten excitata fuit Provincia Coloniensis in obsequium Salvatoris. Nam in Villa de Bebon Frisiæ, apparuit in aëre triplex forma Crucis: una coloris candidi adversus Aquilonem, altera versus Meridiem, ejusdem Schematis & coloris: tertia medio colore colorata, habens Crucis patibulum, & formam hominis in eo suspensi, brachiis elevatis & extensis cum infixione Clavorum in manibus & pedibus, & capite inclinato: & hæc media fuit*

inter

Quam turpissime fuerit tamen Fabricius(dum congestis, ut infra vides, perque fas, perque nefas Adparitionum Crucis exemplis, Divinum inde,a CONSTANTINI Visione prodigium eliminare contendit) quam turpissime fuerit, inquam, Fabricius paralogismo deceptus, exploratius id certe est, quam ut vel monitore declaretur.

Sane

---

inter alias, in quibus corporis humani effigies non apparebat. Alia vice & alio loco, in villa scilicet Frisiæ, quæ Fuserhuse appellatur Crux apparuit juxta solum crocærulei coloris, & hanc plures quam priores viderunt. Tertia apparuit in villa de Docthum, in qua B. Bonifacius martyrio coronatus est: ubi in Festo ejusdem Martyris, cum multa hominum millia convenissent visa est Crux magna & alba, ac si lignum trabis ex transversa alterius trabis artificialiter construeretur. Movebatur autem paulatim ab Aquilone ad Orientem, & hanc plurimi Homines conspexerunt.

„ Nescio sitne hisce adjungendum quod biennio post, A. MCCXIX. Vvaldemarus II. Daniæ Rex in prælio cum Livonis, amissa aquila sive vexillo suo, vidisse fertur descendentem ad se de Cœlo albam Crucem rubro circumdatam cingulo, qua Vexilli loco usus, non modo militum suorum jam terga dare hosti incipientium ordines, feliciter restituit, sed etiam Livonorum aciem acerrimo conflictu perdidit, atque egregiam ad suos, fusis infidelibus, reportavit victoriam, ac præterea multis eorum, ut Christo nomen darent auctor fuit. Possit aliquis inde conjicere, halonis Solaris cum Cruce non ita pridem in Cœlo visi ectypon Regem fieri curasse, atque vexilli loco divinitus dati militibus suis commendasse. Cum vero res tam feliciter & ex voto successisset, Rex non modo Danebrogicum ordinem Equestrem instituit, a cœlesti illo labaro, quod Danebrogam vocabant, appellatum, & Cruce illa Symboli, & insignis vice donatum, sed & insignibus quoque Regni Danici, Crucem inde candidam in solo rubeo jussit comparare, ut narrat Joh. Isaacius Pontanus Chorograph. Danicæ pag. 770. & Tho. Bartholinus in diss. Historica de Equestri Ordine Danebrogico.

„ Thomas Barbantius, a Monasterio in Artesia, ubi Canonicus Regularis fuit, Cantipatranus vulgo cognominatus, lib. 2. Appiarii c. 3. sibi quoque Crucem ejusmodi in Cælo conspectam refert A. C. MCCXLVI. Ego fidelium novissimus, antequam piissimus Ludovicus, Francorum Rex, anno ab Incarnatione MCCXLVI. Crucem transma-

Sane nostri nec animi, nec instituti est ratio, ut universa, quæ Fabricius adfert Adparitionum Crucis exempla revocantes ad incudem, de his proinde, verane fuerint, verisque debeant adcenseri miraculis, disquiramus: nihilotamen minus, etiamsi non his profecto in omnibus (possetne cum ipso agi Fabricio, indulgentius?) Divini quicquam miraculi intercederet, non ob id quidem, Constantiniana, de qua dicimus, Visio, a Divini peræque gradu miraculi pelleretur. Semelatque Fabricius, vera quædam a Deo perpatrari miracula, cum Spinoza (a) non neget, fateri nobiscum debet, quod ne nos omnia, quæ aut mira, vel nova

„ smarinam susciperet, Crucem in „ Cœlo, ex clarissimo, & sidereo „ lumine, vidi nec recolo me decentius & operosius formatam „ Crucem unquam sub aliqua materia vel figura vidisse.

„ Denique ut recentius quoque exemplum subjungam, Philippus Melanchthon in Oratione de Joanne Duce Saxoniæ Tomo 2. Declamationum p. 738. „ *Eo*, inquit, Anno, *quo primum mense Novembri editæ sunt Reverendi Viri D. Lutheri propositiones de Indulgentiis* (notum est hoc factum fuisse Anno MDXVII.) *cum ex templo Wimariæ in Natali Christi duo fratres* (Fidericus Elector & Joannes) *& Filius Dux Joannes Fidericus una post mediam noctem, ut magna in utroque erat reverentia erga res divinas, egrediuntur cum frequenti comitatu, vident supra arcem, Cœlo sereno, fulgentem Crucem purpuream satis magnam, & perspicue expressa figura. Ibi cum diu starent attoniti spectatores, Fratres colloqui de Religione ceperunt eo signo portendi futura certamina de doctrina & domus Saxonicæ pericula vaticinati sunt.*

„ Vix dubito quidem, hanc „ Crucem Principibus gloriosæ memoriæ de nocte visam, aliam fuisse quam qualis in halonibus lunaribus offerre se solet, „ ac prope persuadeo mihi, lectorem æquum, si hæc exempla „ cum Constantini Cruce cœlesti „ contulerit, minus mihi vitio daturum esse, quod illam quoque „ nihil aliud, quam naturale ejusmodi phænomenon Crucis in „ halone solari fuisse, audeam affirmare.

a Quis nigriore dignum theta non dixerit, impudentissimi Virum oris, omnique adhuc Religione destitutum ac mente Benedictum Spinozam, qui (Tract. *Theol. Polit.* c. VI.) *Miracula* quæcunque explodit, neque is alia esse adserit dicique posse *Miracula*, ni qui nostram ob ignorantiam, eventus esse mi-

nova erunt, miraculo adscribamus, peculiare iccirco, summaque profecto intagine, expendendæ sunt rerum harum *circumstantiæ*, quarum porro Κεϊμῆλον, non certe melius, laudabiliusque posse exequi video, ni ea jam, quæ eximii olim

mirabiles existimantur? Subnumerandi cum hoc debent Apostata, qui vel cum Lokio, Tolando, pluribusque id genus aliis, male itidem feriatis hominibus, effectum naturalem, rarum & insolentem, credunt esse Prodigium: aut qui cum Vannino, eventus, quos *Miracula* dicimus, longas quasdam post Astrorum periodos, redituros esse fatentur. Sat ipse novi, quam disertissime, virulentissimum id Spinozæ, ceterorumque commentum exsuflavit Calmetus (*Differ. de veris fictisque Prodig.*) Fassonius (*Dissert. de Miracul.*) Canzius (*c. 22. de Miracul.*) necnon ex Ecatholicis Mansuletus (*Oper. posth. Amstelod. impress. A. 1674. c. 11.*) Cuperus (*Arcan. Atheism. revel.*) aliique tandem non pauci: nec ignorabam, quod jam longe ab Huttevillio, Holmanno, Petrasancta, Matthæoque Magnano, de *Miraculorum* criteriis ac demonstratione disputatum sit adeo, ut devovenda diris erit insania Thomæ Woolstonii, qui nec Divino a Servatore patrata esse *Miracula* (quæ & Josephus Hebræus ipse, L. XVII. *Antiq.* & Julianus adhuc Apostata *apud Cyrill.* L. VI. confessi olim fuere) ausus dicere est. Sed non abs re tamen ego adnotaturus adcesserim, aliud nempe eo *Miraculi* nomine non intelligi, ni singularem in natura contingentem effectum, ratio cujus sufficiens, nec in essentia, nec in creatorum entium existentia esse potest: quocirca aliud est *Miraculum*, aliud vero *effectus*, cujus nobis non constat, nec explorata sit ratio; quippequum plurima & sunt, & esse scimus, qualia autem ea sint ignoramus, nec ob id tamen, *Miracula* esse dicimus: nam rerum caussas, & rationes dignoscere, valet nemo; at certa, qua res eveniunt, dignosci poterit lex: quare si quando leges violari revera constet, ceu, siquid legibus a natura sancitis contingat contrarium, id, *Miraculum*, seu supernaturale Dei opus adpellabo; *Deus enim* (verba sunt Augustini L. XXVI. contr. Faustum) *nihil contra naturam facit; id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus, ordo naturæ: sed contra naturam non incongrue dicimus aliquid Deum facere, quod facit contra id, quod novimus in natura: hunc enim etiam appellamus naturam, cognitum nobis cursum, solitumque naturæ, contra quem Deus, cum aliquid facit, MAGNALIA vel MIRABILIA nominantur.*

olim nominis CARD. DE LAMBERTINIS, nunc MAX. vero PONT. BENEDICTUS XIV. (cui Litteræ universæ quando unquam invenient parem ? ita in uno efformando totam quippe se prodit impendisse natura) ni ea inquam, quæ Is in Suo, de quo nulla silebit ætas, eruditissimo Opere *De Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione* edocuit, prædiscantur. STATUENDUM NE, inquit Ipse [a], QUOTIES ALIQUID ACCIDAT IN COELO, SIVE IN TERRA, SEMPER ILLUD HABENDUM ESSE PRO EFFECTU NATURALI, SEMPERQUE JUDICIUM FERENDUM ADVERSUS MIRACULUM? ABSIT. ADMONEMUR MEMORATOS EFFECTUS ESSE NATURALES; SED HINC NON INFERTUR, EOS NON POSSE RATIONE CIRCUMSTANTIARUM SUPRA NATURAM, RATIONEM MIRACULI INDUERE . . . SI ALIQUOD VIDEATUR PHÆNOMENON, QUO DUCE, ALIQUA FIT OPERATIO AD LAUDEM ET GLORIAM DEI, ET SINE QUO TALIS OPERATIO NON FIERET, AUT CUM MAJORI FIERET DIFFICULTATE, HÆC ERUNT VALIDISSIMA INDICIA REI MINIME NATURALIS. PRODERUNT QUOQUE AD MIRACULUM PROBANDUM, SI ALIA QUÆDAM MIRACULA INDUBITATA EODEM TEMPORE, ET AD EUMDEM FINEM A DEO FIANT ... DIVINAS VISIONES ET APPARITIONES [b] ESSE DIGNOSCENDAS A PERSONA CUI CONTINGUNT, A MODO QUO CONTINGUNT, ET AB EFFECTIBUS QUI EX EIS SEQUUNTUR. Si ad hujus tam præclarissimæ doctrinæ normam, lancemque, diurnum Crucis in aere CONSTANTINO adparentis Phænomenon expendi itaque velit, non erit aliquis, qui Divinum in eo intercessisse miraculum inficietur. Sane Crucis Ostentum istoc evenisse narrat Eusebius, postquam Deum enixe CONSTANTINUS rogaverat ut se ipsi nitidius agnoscendum præbere, eique ferre ad id operis me-

I dia

a Sub medium hæc extant Capitis xxv. T. IV. L. IV. P. I. quo quidem in Volumine, quæcunque omnia ad caussas, notionem, characteres, circumstantiasque pertineant Miraculorum, peruberrima doctrinarum, exemplorum, omniumque eruditionis generum segete exhibentur.

b Selecta fuere tamen hæc verba ex ipsiusmetOperis T.III.L III.c.LI. ubi sermo *De discernendis Visionibus, ac Apparitionibus* instituitur.

dia dignaretur. Adparitioni diurnæ illi, nocturna acceſſit Viſio, qua ſe Chriſtus CONSTANTINO, ea cum Cruce, quæ jam in die, adparuerat in Cælo, conſpiciendum ſe dedit; quod idem nocturnum Viſum, is ipſe quidem Fabricius, aut negare, aut Divino non referre miraculo auſus minime eſt. Eo a Crucis Oſtento originem ſumſit ſuam, miranda admodum CONSTANTINI ad Chriſtianam Fidem converſio. Quid multa? Quæ ad viſam in Cœlo Crucem adjecta fuit Epigraphe ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ, Divinum adeo, in eo Oſtento miraculum, cunctis prodit, ut quum ad incitas, jam ob illam ſe redigi, ipſe noſſet Fabricius, novam quandam de ipſo Lemmate coactus fuit hypotheſim comminiſci, quæ poſtremo hujus Operis Capite exſufflabitur. Quum ea itaque in Viſione CONSTANTINI diurna, jam *circumſtantiæ*, ceu Notæ ſint omnes illæ, quæ ex præmiſſæ doctrinæ legibus, Divinam produnt in Cœleſti præſertim Signo notionem miraculi; ipſe ob id Fabricius, tametſi procul ab Romana hac noſtra ſit communione ſejunctus, nobiſcum credat oportet, quod Oſtentum nimirum illud, tam longe abſit, ut ad Solarem rite poſſit Halonem, vel quodvis demum naturale Φαινόμενον revocari, ut conſtet potius, quod quemadmodum olim Paulus, Chriſtianam ad Fidem fuit Cœleſti luce, Chriſtique voce vocatus; CONSTANTINUS ſic ferme, *ad Chriſtum* itidem *declinaverit*, *a Chriſto vocatus*, *quando difficillimum commiſit prælium adverſus Maxentium*, *quando ſcilicet in meridie apparuit Signum Crucis*, *radiis Solis ſplendidius*, perinde ac oculatus Adparitionis illius teſtis Arthemius [a] confitetur.

CA-

a Videſis Not. pag. xv. L. a, ubi adhuc id Arthemi teſtimonium vindicatur.

C A P. IV.

U B I

Tempus, Locusque, in quo Constantiniana Crucis contigit Visio exponetur.

QUÆ de Crucis sub die a CONSTANTINO visæ tum Tempore, tumque Loco, nunc agi quæstio debet, non aliunde (ni errem ipse) quam ab silentio præsertim fluxit Eusebii, qui dum de visa a CONSTANTINO in Cœlo Cruce mentionem instituit, non ipse Annum, quem eo temporis CONSTANTINUS agebat, nec ubi moram tunc temporis is trahebat Augustus, significasse videtur. Sed plane nulla de illiusmodi Constantiniani Ostenti Tempore, atque Loco, ambigendi erit occasio, præaudito Lactantio; quippequi, Maxentiani fortunam Belli recensens, *quamvis*, ait [a], *se Maxentius Romæ contineret, quod responsum acceperat periturum se, si extra portas Urbis exisset, tamen bellum per idoneos Duces gerebatur. Plus virium Maxentio erat, quod & Patris sui exercitum receperat a Severo; & suum proprium de Mauris atque Italis nuper extraxerat. Dimicatum, & Maxentiani milites prævalebant, donec postea confirmato animo Constantinus, & ad utrumque paratus, copias omnes ad Urbem propius admovit, & e regione pontis Milvii* [b] *consedit. Imminebat dies, quo Maxentius Imperium ceperat, qui est ad sextum Kalendas Novembris. Et Quinquennalia terminabantur. Commonitus est in quiete CONSTANTINUS, ut Cæleste Signum Dei notaret in scu-*

a Libro *de Mortibus Persecutorum* c.44.quod sane Opus ob summam nonnisi injuriam, cuivis alteri, a Cæcilio Lactantio Firmiano adjudicatur.

b Quamvis aliis in Mss. *Miluvii* inveniatur.

ſcutis , atque ita prælium committeret . Fecit ut juſſus eſt: tranſverſa x. *littera, ſummo capite circumflexo, Chriſtum in Scutis notat . Quo Signo armatus exercitus capit ferrum . Procedit hoſtis obviam ſine Imperatore , pontemque tranſgreditur . Acies pari fronte concurrit . Summa vi utrimque pugnatur . Neque his fuga nota , neque illis . Fit in Urbe ſeditio , & Dux increpitatur velut deſertor ſalutis publicæ . Circenſes enim Natali ſuo , & debita voce ſubclamat , CONSTANTINUM vinci non poſſe . Qua voce conſternatus proripit ſe , ac vocatis quibuſdam Senatoribus , libros Sibyllinos inſpici jubet , in quibus repertum eſt , illo die hoſtem Romanorum eſſe periturum . Quo reſponſo in ſpem victoriæ inductus procedit , in aciem venit . Pons a tergo ejus ſcinditur . Eo viſo , pugna crudeſcit , & manus Dei ſupererat aciei . Maxentianus proterretur ; ipſe in fugam verſus , properat ad pontem , qui interruptus erat , ac multitudine fugientium preſſus, in Tyberim deturbatur . Confecto tandem acerbiſſimo bello ; cum magna Senatus populique Romani lætitia CONSTANTINUS excipitur .*

Si Lactantii ergo fide , jam poſt Alpes a CONSTANTINO tranſvectas , tempore ſiquidem quo Maxentii Quinquennalium , ceu VI. Kalend. Novembrium inſtabat Dies , ac dum Caſtra pone Urbem , e regione Pontis Milvii CONSTANTINUS admoverat , *commonitus fuit is in quiete* , ſive illam in Viſu noctis Adparitionem Crucis excepit , quam Euſebius , ſubſequutam fuiſſe narrat , Viſionem Crucis diurnam ; jam vel omni propemodum demonſtratione Euclidea conſtabit eſſe nitidius, quod Crucis nempe Trophæum CONSTANTINO in aere adparuerit A. C. CCCXII. Conſtantiniani Imperii VII. , VII. itidem Kalend. Novembrium , Die nimirum Octobris XXVI. , pridie ſcilicet quam acta eſſent Maxentiani Imperii Quinquennalia ; nec ſane alibi , quam pone Urbem , e regione nimirum Pontis Milvii , ceu in Campis , quos vocant Quintiis,ubi tunc Roma,Conſtantinianis inſtructis Caſtris , ac Vallo obſidebatur .

Si in Vetere tamen quodam , quod Bucherius exhibet Kalen-

Kalendario (a), jam ad v. Kalend. Novembrium extet ita, EVICTIO TYRANNI,& ad iv. subinde ADVENTUS DIVI, hæc sane verba, cave heinc putes ut de Maxentio, & CONSTANTINO intelligas, quasi si Maxentii Tyranni mors, v. Kal. Novemb., & CONSTANTINI in Urbem adventus, Kalend. ejusdem Mensis iv. obsignaretur. Sunt ibi enim de Licinio & CONSTANTINO intelligenda hæc verba, quemadmodum luce clarius, ex Libello potissimum *De Præfectis Urbi* demonstravit jam Pagius (b): nam ibi quidem ad C. A. CCCXII. v. Idus Februarii, Aradium Rufinum, & vi. Kalend. Novembrium, Annium Anulium, *Præfectum Urbi* creatum esse invenies: quod haud dubio nobis est argumento, quod Aradius Rufinus v. Idus Februarii, a Maxentio, Romæ tunc imperante creatus fuerit Præfectus; sed quum Maxentius a CONSTANTINO vi. Kalendas Novembris victus fuerit, Annius proinde Anulius, eodem a CONSTANTINO (c) actutum fuit in Rufini Præfecturam suffectus, & Proconsul subinde in Africam, cum Maxentii Tyranni capite missus est. Scio is Tillemontium (d), cui Dionysius Gothofredus

a Quod utique Kalendarium a Furio Dionysio Philocalo possessore, *Philocali* nuncupatum, & a Bucherio in L. *de Doct. Temp.* editum, non diversum omnino fuit a Kalendariis binis aliis, quorum unum ab Hervvarto, & Petavio, in *Vranologio*, alterque a Lambecio, Tomo iv. *Bibliothecæ Cesareæ* publicatur.

b Sub C. A. 312. N. 1. Libellum hunc *de Præfectis Urbi*, recensset Pagius; quo siquidem in Libello, tam Consules in Italia, quam qui in reliquo Romano Orbe innotuere, jam eodem Christi Anno, hunc ad modum leguntur: *Maxentio IV. Consule, qui sunt Constantino II. & Licinio II.* v. *Idus Februarii*, *Aradius Rufinus P. V.* vi. *Kalendas Novembris*, *Annius Anulius dies* xxxiv. *P. V.* iii. *Kalendas Decembris*.

c Sane ipso eodem die, quo Tyrannum profligavit Maxentium, Constantinus, novo statim creato (uti Imperii ἀπόστασία poscebat) Præfecto Urbi, ipsam inde triumphans ingressus fuit; tametsi Triumphalem illius Arcum, de quo diximus antea, in Constantini nonnisi Decennalibus, Anno nimirum Maxentianam post victoriam iv. dedicarint Romani; uti præsertim a Card. Norisio (Diss. de Numism. Licinii c. 3.) merito observatur.

d Sua in Gallica Imperatorum Historia T. iv. Edit. Venet. ad Not. xxxii.

dus [a] pralusit, in ea esse sententia, ut Anulium a Maxentio, eodem tempore quo is Roma prodiret, eidem Præfectum Urbi, creatum putet fuisse : at omni quidem a veri specie distat id apertissime, quippe quum, dum Maxentius Roma exiit, curis tunc Militaribus, non Urbanis incumbendum fuerat omnino: & incredibile nemo negat id esse, ut CONSTANTINUS, Urbem fuerit ingressus, antequam ipse, exauctorato statim eo, quem constituerat Maxentius, novum fidumque eidem subinde Urbi subrogasset Præfectum. Quod Maxentius autem, Annos quidem VI. integros imperaverit, & priori Die VII., quo Quinquennalia [b] exhibere debebat, morte sublatus fuerit, id, quovis amoto dubio, testatum nobis cum Lactantio prodit, Anonymus CONSTANTINI Panegyristes [c], qui Maxentium, *Diem Natalis sui*, *ultima sua cæde signasse*, ait, *ne Septenarius ab illo numerus* (quem *sacrum*, *&* *religiosum*, adpellat [d]) violaretur. Sed

a Theod. in Cod. Chronologia.

b Quinquennalia, ceu diem quidem Quinquennaliorum solennem, non raro Veteres, tamquam Annorum præcedentium terminum celebrabant, prout scitissime in *Differt.* Hypatica (P. II. c. V. N. 7.) Pagius obtuetur.

c Quem habes post Baron. ad C. A. CCCXII.

d Septenarii isthæc numeri post Gentiles religio, nonnisi e Sabbathi, ante Moysis quidem tempora cœptum cultum manavit; hincque falso Seldenus ait, quod si aliqua inducta sit apud Gentes septeni numeri ratio, hæc, non sacro aliquo religionis intuitu, sed consuetudine invaluerit jam diu, quia Veteribus, mysticas quasdam in imparibus numeris rationes visum fuerat adstruere : At quanquam gnarus is fuerim, superstitionem invaluisse post Veteres, quod *numero Deus impare gaudeat*, negari tamen non quiverit, quod antiquissimo sane Gentium more, septimum ipsum numerum, quinimmo septimum ipsum diem, velut sacrum habuerint; uti post Eusebium, clarissima certe prostant Homeri, Hesiodi, Lini, atque Challimachi testimonia; quæ sane indicant, quod diei nimirum septimi ratio, haud ab alio manavit fonte, quam ab antiquissima quoque ipsa Hebræorum Religione, quæ diem septimum, Traditione, & Lege, tamquam Festis diebus omnibus, antiquiorem agnovit : quocirca Philo, Sabbathi diem, *non uni Urbi*, *aut Regioni*, *sed Universo, tamquam publicum Mundi Natalis Festum commune esse commemorat*; & Josephus tum tandem, *nul-*

Sed nonnihil de Tillemontio mirari adhuc occurrit, dum vel erraſſe, ipſe ait, Lactantium, aut hiſtoriam, Euſebianæ narrationi oppoſitam tradidiſſe, quippe quum is, ex Euſebii *De Vita Conſtantini* Libris (a) putet jam indicari, quod CONSTANTINUS non ante viſam in cœlo Crucem, religionemque præcognitam Chriſtianiſmi, ſuum illud contra Maxentium auſpicatus ſit bellum, quod a Gallicis uſque oris moviſſe, procul dubio eſt. Quid Viro huic præſtantiſſimo faceres? Solis tamen quis oculis opus habet, ut noſcat, quod Euſebius (b), ante illius narrationem Oſtenti, de CONSTANTINO retulerat, ſe Deo illi, quem Parens ſuus coluerat, in ipſo belli Maxentiani exordio devoviſſe, ipſumque rogaſſe itidem, ut ei quidem & in belli diſcrimine vires ferre, & ſibi tandem, quis ille eſſet, ſe propalam oſtendere dignaretur.

Quid nobis vero nonnulli opponunt Prudentium (c), quaſi ſi CONSTANTINO, ante Alpium tranſvectionem, Crucis Signum in aere adparuiſſe is adſerat, ita canens?

Hoc Signo invictus, tranſmiſſis Alpibus, ultor
Servitium ſolvit miſerabile, Conſtantinus
Cum te peſtifera premeret Maxentius aula.

Quæ duo enim in nos vertunt hæc verba, *tranſmiſſis Alpibus*, nemo non norit, quod tantumdem profecto audiant, ac *poſt Alpes tranſmiſſas*, itaut conſtet, quod poſtquam Alpes, CONSTANTINUS tranſmiſit, *hoc Signo accepto*,

nullam eſſe, ſcribit, *Urbem Græcam, vel Barbaram, quam non pervaſerit Septimi mos diei.* Sed hac de numeri ſeptenarii, Sabbathive Religione, jam abs me alibi, *Tomo* ſcilicet *primo* univerſæ *Theurgicarum, ſive Liturgicarum rerum Hiſtoriæ*, diſſeretur.

a Suffragatorem hac in re ſibi adhibet cum Euſebio, Sozomenum (L. 1. c. 5.) quum uterque profecto nil narrent aliud, quam quod Conſtantinus, poſtquam Signi, quod diu, noctuque viderat, & ad cujus ſimilitudinem, Labarum efformaverat, Chriſtianis ab Sacerdotibus (quos Euſebius τῶν Θεῦ λογωμύςας adpellat) interpretationem excepit; difficillimum commiſit inde cum Maxentio, e regione Pontis Milvii, prælium, prout non ſemel a nobis dictum eſse videtur.

b In V. Conſt. L. 1. a C. 20. ad 23.

c L. 1. adv. Symm. de potent. Cru.

pto , *servitium solvit miserabile* ; minime vero , quod ille primitus *hoc Signo accepto* , Alpes dein transmiserit , uti quidam præpostere, atque *υςτερον πρότερον* opinantur.

Quod si porro Nazarius, quasdam cœlitus CONSTANTINO immissas Copias narrans [a], prodigii hujusce famam *in ore* tunc esse dixerit *omnium Galliarum*; id , roboris non erit tanti , ut jam hinc Tillemontius [b], Adparitionem in cœlo Crucis , (quam a Nazario , utpote viro ethnico execratam, illa cœlestium cum Copiarum Adparitione confusam esse is putat) quodam nonnisi Galliarum in loco, CONSTANTINO fuisse exhibitam argutetur. Quamvis ergo Nazarius, suam illam de missis cœlitus CONSTANTINO Commilitonibus narrationem, non ex incerto, falsoque vulgi rumore, ut male credit Basnagius, sed uti rem, non teste uno vel altero, verum publica quidem fide , universisque adstipulantibus Galliis obtestatam, amplissimorum coram Patrum Senatu, posterorum memoriæ commendarit ; non retulit ille tamen, quonam in prælio, vel quo itidem loci, mirandum illud evenerit CONSTANTINO . Scimus , non ipse negem, eodem teste Nazario, quod CONSTANTINO, in ipso statim Italicæ expeditionis procinctu, (ante nimirum quam Rhenum fuerat Alpesque omnes transgressus) jam depugnandum , nec semel adhuc, adversus *Bructeros* fuit, *Vanginanos*, *Chamesos*, Gentesque barbaras alias , quæ intra Rhenum , Albim , Oceanumque Germaniæ, ac Danubium, in quadrum clauduntur. At CONSTAN-

a *Si plus omnium* , ita quidem Nazarius in Paneg. *vota valuerunt, nec illa Divinitas obsecundare cœptis tuis solita , in hoc refragata est ... In ore denique est omnium Galliarum , Exercitus visos , qui se divinitus missos præseferebant; tales enim venerant ut tui crederentur . Hæc eorum sermocinatio, Constantino imus auxilio . Illi cœlo lapsi , illi divinitus missi, quod tibi militabant , gloriabantur.* Subjungit indidem ille, *quod Romano quodam in Bello, ferunt duos cum Equis Juvenes extitisse , spectatos forma pariter ac viribus , quia in dimicando, præter ceteros, insignes fuissent: equidem historiæ non invitus adsentior .... Quis est hominum , quin opitulari Deum credat, cum id & vita mereatur , & rerum gestarum magnitudo testetur?*

b Not. xxix. ad Gallic. Impp. Hist. T. iv.

STANTINUS , ejuſdem adhuc, quo Maxentium profligaverat Anni fine, Mediolanum digreſſus, ac in Galliam inde, inferioremque Germaniæ limitem pergens, Francorum ibi, Barbarorumque ad Rhenum tranſitum, ipſe rurſus inhibuit, repreſſitque: quocirca incertus quidam, tametſi probatiſſimus CONSTANTINI Panegyriſtes [a] *non feſſus*, eidem ait Auguſto, *præliis & expletus victoriis, otio te,. & quieti dediſti, ſed eodem impetu quo redieras in Gallias tuas, perrexiſti ad inferiorem Germaniæ limitem, poſt annuam expeditionem, ſtatim bella auſpicatus, a Tyberi ad Rhenum prolaturus Imperium*. Quis recte itaque perſuaſurus ſibi non erit, quod, quæ fuere CONSTANTINO immiſſæ cœlitus Copiæ, non certe alibi, quam hiſce quidem in præliis, Maxentianum poſt bellum, ſeu poſt viſam in aere, ad Pontem Milvium Crucem, ab hoc ſuſceptis Auguſto, ei auxilio venerint; cujus ideo tanti famæ prodigii, in *ore omnium Gallarum* haberetur?

Similitudine caret ideo veri, quod ea Crucis diurna Viſio, aut Auguſtoduni, aut Veſontione in Galliis facta ſit CONSTANTINO, uti Petrus Franciſcus Chiffletius [b], in Urbis patriæ gratiam opinatur. Sed ecquid non fabuloſi, quid non metachroniſmi, & prochroniſmi, in iis exſtat Veſontienſibus Tabulis, quibus ſuum Chiffletius roborare commentum, niſus maxime eſt? Succeſſorem hæ tradunt Antiſtitis Veſontienſis Euſebii extitiſſe Hilarium, cum quo, dum de Eccleſia Veſontione ædificanda agebat Helena (Imperatoris Filii ſui CONSTANTINI, Veſontienſem tunc urbem, Maxentiani belli cauſſa, peragrantis veſtigia, ſimul perſequens) eidem interim Filio, *ſpectandum cœlitus Victoriæ pignus offertur*. Quomodo autem perſuadere, vel ipſe ſibi potis fuit Chiffletius, ut CONSTANTINUS (quem ſciebat a Rheno, ad Alpes pervolaſſe tam cito, ut ita credere nequirent Seguſienſes [c]) peragrarit Burgundiam, pertranſvehundo, quos caviſſe potuerat

K Vo-

a Apud Pag. in Cr. Bar. Ad Converſ. Conſtant. M. A. 313. N. III.

b In Differt. de Loc. & Temp.

c Nazar. in Paneg.

Vosagi Montes; quum is Elvetiam, Sabaudiamque (relicta procul dextrorsum Vesontione) tunc pergens, non ei tam longum, nec impeditum evaderet cœptum iter? Quod ad Helenæ cum Hilario congressum attinet, non erit certe, qui anilibus id fabellis dubitabit referre; nam hoc semel admisso, jam primo Helenam, quam CONSTANTINUM Christo nomen dedisse, dicendum esset omnino, quod palam negat Eusebius [a], qui vel ex eo commendavit potissimum CONSTANTINI pietatem, quod *Matrem* nempe *quum antea Dei cultrix non esset, tam piam, ac religiosam effecit, ut a communi omnium Servatore instituta nosceretur*.

Si vero *illustrem* CONSTANTINI *Campum*, vel *Castra*, jam in Germania, Noviomagi pone Oppidum, fuisse tradit Ausonius; non ibi ideo, nec in Sinsiaci (uti placet Bucherio [b] cis Coloniam Pago, nec in incerto (ut mens est Papebrochii [c] trans Rhenum loco, adparuisse CONSTANTINO putaveris, diurno quidem, nocturnoque tempore Crucem; nam illiusmodi, quod illi mansit Germanico Noviomagi Solo, *illustris Campi* CONSTANTINI vocabulum, non aliunde, quam a victoriis fortasse illis, quas CONSTANTINUS (dum in Germaniam, Maxentianum post triumphum perrexit) ibi e Barbaris retulit, profluxisse videtur.

Sed ne rem longius, quam fas esset, visus fuerim protrahere; jam plane ex dictis constat, quod Adparitio Crucis illa, non in Galliis, non in Germania, nec Veronæ jam denique in Italia (ut improbabilis quidem dictu, credituque fuit opinio) verum Romæ ad Pontem Milvium, facta fuerit interdiu CONSTANTINO. Sane ille, quem non semel laudavi, hujusce testis Ostenti, id confirmat Arthemius, qui CONSTANTINO, inibi certe *adparuisse in meridie* [d], adserit, *Signum Crucis*, ubi is *difficillimum commisit Prælium adversus Maxentium*: quod Arthemii testimo-

---

a In V. Const. L. III. c. 46.
b De B. I. VII. C. 6. §. 11.
c T. v. SS. Maji.
d Si Crucis Ostentum illud; S. idem

ſtimonium, quamvis antea affatim vindicatum, non committam is tamen, ut nunc e manibus mihi eripere, potis ſit Tillemontius, dum in illud opponit, quod in Græcis nimirum Arthemii ipſius Actibus, vox Αγῶν, non tam *Prælium* (uti latinus, illam vertit Interpres) ſed *Bellum* quoque ſignificet: quare, quum CONSTANTINUS, Bellum contra Maxentium, a Gallis, Romam uſque proſecutus jam fuerit; nihil proinde, Tillemontius idem infert, ex illiuſmodi Arthemii teſtimonio, ad CONSTANTINI Viſionis locum, tempuſque definiendum, extrudetur. Quam vellem hercle, ut id Viro doctiſſimo (penitiori cujus ego philologiæ, certe plurimum defero) non excidiſſet ſic libere, ac fidenter. Quouſque *Bellum*, a *Prælio* diſtarit indole, etymo, notione (a), exploratiſſimum evaſit quidem latino illi Arthemiano Interpreti, qui ob id utique, voci Αγῶν, non *Bellum* reddit, ſed *Prælium*, quia nempe Græci, etſi interdum *Bellum* æque ac *Prælium* nuncuparint Πόλεμος (b), *Prælium* vero, vel id genus,

S. idem Arthemius *in meridie*, Socrates *circa meridiem*, & Euſebius, *pomeridianis diei horis*, *Sole in occaſum vergente* adparuiſſe Conſtantino, jam tradunt, cave proinde credas, nonnihil in hiſce teſtibus ἀντιλογίας ineſſe, quippequum ex Cenſorino (De D. N.) aliiſque pluribus conſtet, quod nimirum *meridies*, pro inclinantis ad veſperum Solis tempore, merito deſignetur.

a Sane *Belli* vocabulo, *Arma*, *expeditio*, *tempuſque* Belli; *Prælii* autem nomine, *conflictus*, *certamen*, *hoſtiumque congreſſio* denotatur. Virgilius, Æneid. 11 id ediſſerit ita

Infantem fugiens media inter
PRÆLIA BELLI
Extulit exilio comitem.

b Quod exemplis conſtabit affatim Apocalypſeos; nam ibi Cap. XIII. v. 7. græce ſiquidem extat ϗ ἐδόθη αὐτῷ ΠΟΛΕΜΟΝ ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, ϗ νικῆσαι αὐτοὺς & *datum eſt illi* BELLUM *facere cum Sanctis & vincere eos*. Cap. vero XII. græce legimus, ϗ ἐγένετο ΠΟΛΕΜΟΣ ἐν τῷ ὐρανῷ Μιχαὴλ ϗ οἱ ἄγγελοι αὐτῦ ἐπολέμησαν κατὰ τῦ δράκοντος & *factum eſt* PRÆLIUM *magnum in cælo; Michael & Angeli ejus præliabantur cum Dracone*. Sicque Latini ititem, *Bellum* adhuc pro *Prælio* aliquando dixere: ut ecce tibi Salluſtius, qui *in eo*, ait, *Bello tre-*

nus, quid aliud, nonnisi Ἀγῶν dixere (a); nec Latinis propterea, *Agon* (b) audit quid aliud, ni jam præsens *Conflictus*, *Pugna*, *Certamen*. Si Arthemii ergo fide, eo in loco, Crux in aere adparuit CONSTANTINO, ubi is Ἀγῶν, seu difficillimum cum Maxentio gessit *Prælium*; jam *Prælii* istoc nomine designatum fuit *Certamen*, quo, ad Milvium nonnisi Pontem præliatus est cum Maxentio CONSTANTINUS: quare, ecquid heic amplius (ut finem dicendi faciam) esse reliquum quiverit, ut ibi tandem, & illa Crucis in aere Adparitio, & CONSTANTINI ad Christianam religionem vocatio, facta esse monstretur?

C A P. V.

I N Q U O D E

Vera ejus, quæ CONSTANTINO adparuit Crucis Forma; de constructo ad ejusdem inspectæ Crucis similitudinem Labaro; deque expresso supra Labari ipsius Crucem Monogrammate Christi Domini disquiritur.

SUpervacanei rem laboris, nunc is agerem certe, si de vera, adparentis divinitus CONSTANTINO Trophæi Cru-

trecenti milites desiderati: uti & alia, hunc ad modum exempla invenientur.

a Quæ enim in Paulina I. ad Timoth. Epistola c. VI. v. 12. latine reperis ita, *certa bonum CERTAMEN Fidei*: & II. ad eundem c. IV. v. 7. *Bonum CERTAMEN certavi, cursum consummavi, Fidem servavi*; græce indidem habes Ἀγωνίζε τὸν καλὸν τῆς πίστεως τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα: quibus quidem in locis, nemo est qui non videat, quod ab Apostolo, Ἀγῶν pro *Pugna*, seu ipso pro *Certamine* usurpetur.

b Sacrorum quippe ab ritu vocem hanc *Agon* originem post Latinos duxisse suam, diserte edocet Varro (L. v. D. L. L.) nam Sacrificulus, *strictum tenens ad Arietem jugulandum*

Crucis imagine locuturus, sermonem ideo, abs tot adhibitis olim, diversis Crucium modulis adorirer. Quid ita? Quia hæc abunde a CL. præsertim Lipsio (a) adornata Sparta jam fuit; & nulla vicissim nobis, ob illas Crucium constructiones (b) multigenas, creari debet occasio dubitandi, quin, quæ spectata a CONSTANTINO Crux fuerit, non sane aliam, quam *Immissæ* (ut ajunt) Crucis ✝ præsetulerit formam.

---

dum cultrum, identidem rogare solebat AGON? Quare Ovidius.

Nominis esse potest succinctus causa Minister
Hostia Cœlitibus quo feriente cadit.

a L. III. de Cruc.

b Quamvis Crux apud Syros, Ægyptios, Persas, Africanos, Græcos, Romanos, Judæosque adhibita, multigenæ quidem formæ consueverit strui; Crux ipsa tamen, *γενικῶς universim* accepta, aut simplici constabat ligno, sive *Stauro Palo*, vel *Vallo*; aut composita tandem erat, duplicique ligno compacta, & in *Commissam*, *Decussatam*, *Immissamque* partitur. Schema *Commissæ* Crucis in Latina non modo, quam *Græca littera* T (uti Paulinus Epist.2. ait) *numero trecentorum exprimitur*. Solet inde *Decussata*, vel *Andreana* Crux dici, quam hæc exhibet Littera X quæ *in figura, Crucem*, (verba sunt Isidori L.1. Orig. c.3.) *& in numero, Decem demonstrat*; quam proinde ad litteram, jam & littera accedit quoque Hebræorum veterum *Tau*, quippequæ, (prout quibusdam præsertim prodit in Nummis) istiusmodi est ✠, testante quidem Hieronymo (in c. ix. Ezech.) *quod antiquis Hæbreorum* (audiendi non erunt ideo qui *Apiarii* cum Scriptore contradicunt Hæretici) *seu hodiernis Samaritarum litteris, extrema Tau, Crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus, frequenti manus inscriptione signatur*. Sed *Immissa* Crux denique ea est, in qua stipes, supra lignum transversum eminet † & cujusmodi quidem fuit Christi Dñi Crux (prænimis enim aberravit ac putide Morillonus, qui sanctissimę figuramCrucis, juxta recentium Hebræorum Tau ח ceu ad Furcæ, aut Græcorum Π delineabat figuram) nam *Immissæ* suffixum Cruci Servatorem nostrum fuisse, diserte addocent Augustinus, Nyssenus, Basilius, Damascenus ac alii, consentiente iis Sedulio (L.3.) dum Christi canit de Cruce.

Quattuor inde plagas quadrati colligit Orbis.
Splendidus Authoris de vertice fulget Eous.
Occiduo sacræ lambuntur sydere plantæ:
Arcton dextra tenet medium leva erigit axem.

Quaternos itaque Crux Christi fines jam habuit; tametsi contra visus fuerit exponere Irenæus, (L. 11. c. 42.) qui *habitus*, inquit, *sive figu-*

mam. Si enim ex Eusebii potissimum narratione, *Trophæum Crucis Christi* repræsentatum fuit divinitus CONSTANTINO; sponte id fluet sua, quod quum scilicet Christi Crux, ad recensitam non nisi illam commissæ Crucis figuram compacta fuerit abs dubio; jam ad eamdem proinde formam concinnata esse Crux debuit, CONSTANTINO ostensa, sic ut reapse, suo conformis archetypo videretur.

Summe propterea is mirari non desino, dum Panvinius (a), Cuperus (b), ac nuperrime itidem Dominicus Georgius (c), Signum illud in aere CONSTANTINO ostensum, modo hoc ☧ vel hoc alio ⳨ compactam putant fuisse, ita nimirum, ut in alterutro ex his modis, Christi nominis Monogramma, Græcis in litteris *Chi* X & *Rho* P bifariam intertextis traderetur.

Sane in hujus opinamenti præsidium adducta sunt CONSTANTINI, aliorumque Imperatorum Numismata (quæ post Antonium Augustinum (d), Gretserum (e), Baronium (f), aliosque conspicies) queis in omnibus, solum utique Christi nominis Monogramma, & adhuc Lemma. HOC SIGNO VICTOR ERIS, circa ipsum adponitur.

Quam falsa autem, ineptaque hæc sit ratio, nemo unus non viderit: nam, ecquo pacto, rogandi essent in Nostri, scivere ipsi, vel probant, quod in hujusmodi CONSTANTINI, aliorumque Cæsarum Nummis, diurna Visio CONSTANTINO exhibita, declaretur? Si Cuperum (g) hac

---

figura Crucis, fines & summitates habet quinque, duas in longitudine duas in latitudine, unam in medio in qua quiescit, qui clavis affigitur. Quintus autem *finis* ille, quidam (uti Gregorius Turonensis L. 1. de Glor. Mart. c. 6.) pro suppedanea, intellexit, in Cruce Domini, tabula; alii tamen verius, pro extento quodam ligno, in quo reus, obequitantis ad modum, toto insidet corpore, intellexere: ast hac de re, vide si lubeat, Scaligerum (*in Animad. Euseb. in Digres. de Liter. Gonic. Orig. Litt. T.*) Bynæum (*de Morte Chr. L. III. c. 5.*) Salmasium (*de Cruc.*) qui, de forma, materiaque tum itidem Crucis Christi, copiose locuntur.

a De Sept. Urb. Eccl. alibique
b Apud Polen. T. IV. p. 198.
c De Monogr. Chr. Dom. p. 24.
d Dialg. 1. de Antiq. Numis.
e L. III. de Cr.
f Ad C. A. 313.
g In Not. ad Lact.

hac in re audias ; ideo adſerit, pleriſque in monumentis, ſolum Chriſti Monogramma , non Chriſti Crucem, diſtincte repræſentari , quia id unum Chriſti nominis Monogramma utriuſque rei ſymbolum eſſe poteſt, ex Græca littera *X*, quæ decuſſatam Crucem oſtendit : at conſultius tamen ego conjiciendum exiſtimo , ideo nempe ſolum Chriſti Monogramma in Nummis illis inſculpi , quia quum iſtud CONSTANTINUS, uti refert Euſebius, ſua geſtarit in Galea, in Nummis quoque , ad illius ſimilitudinem , Chriſti idem Monogramma conſuevit inſculpi : cujus proinde exemplo, ſequiores Auguſti alii, non tam Galeas, Clypeos, Vexilla, ſed Nummos quoque, eodem Signo & Epigraphe HOC SIGNO VICTOR ERIS, religionis, vel victoriæ cauſſa inſignivere; licet eo in ſymbolo, non illa integra Trophæi Crucis a CONSTANTINO viſi figura exponererur.

Sed jubare ut adpareat clarius , quod CONSTANTINO non Monogramma, ſed Crucis Chriſti in aere, oſtenſa fuerit imago, e re nunc erit, ut de Labaro (a) ſeu militare Ve-

a Quamvis plura de *Labari* vocis etymo, tam poſt Petiſcum, quam poſt alios , quos ipſe numerat Scriptores plurimos habeas; operæ tamen pretium, modo erit adferre, quod ſi *Labarum* a latiali voce *labore* & a Græca *ὅρος finis* dictum cenſeas, jam *Labarum* tantundem erit, ac *ὅρος λαβορος laboris* terminus ; quaſi ſi Conſtantinus , novum ſuum Vexillum, *Labarum* nuncupaverit, vel quia virtute Crucis, eo in ipſo exhibitę, jam laboribus, maliſque omnibus, quibus Roma, ſub Maxentii tyrannide ingemuerat, ipſe dederit finem; vel quia, quum Cohors aliqua laboraret, ad laborantium ſolamen Militum, Conſtantinus (uti Euſebius, ac Sozomenus referunt) *Labarum* juberet adferri, cujus adventu, actutum illi victoriam conſequebantur. Quod vero *Labarum* latine dicimus ; græce *Λαβορος Laborum* , conſuevit vocari; quod ſane nomen, tam in Cod. Theod. ac Juſtinianeo (T. De *Præpoſitis Laborum*) quam a Cujacio (*Cod. L. 12. in eund. Tit.*) probatum eſt, ac Turnebo, qui (*Adverſar. L. xv. c. 16.*) *Laborum*, & non *Labarum* in vetuſto quodam Lexico ſe legiſſe fatetur. De *Laborum* vel *Labarorum* Præfectis, ſeu Vexillariis a Conſtantino electis, agit adhuc Euſebius (*in V. Conſt.* L. 11. c. 8.) dum eodem ab Auguſto, ſelectos narrat fuiſſe quinquaginta, virtute præſtantes Viros, quibus, ſtatas juxta vices, onus ferendi *Labarum* præberetur.

Vexillo illo, quod CONSTANTINUS, ad inspecti abs se Signi similitudinem jussus fuit extruere, disseratur.

Subnecti itaque verba debent Eusebii, dum de hujusce, quod is non semel adspexit, Constantiniani Labari specie, locutus nitide est Υψηλόν is inquit (a) δόρυ χρυσῷ καττημφιεσμένον, κερας εἶχεν εγκάρσιον σαυροῦ χῆμα τι πεποιημενίον. ἀνῶ δε πρὸς ἄκρου σημπεπλεγμενος κατεσηελκτοκα θ' ὃ τῆς σωτηείου επηγείας τὸ σύμεολον δυο σοιχεια τὸ χεισου παραδηλοιω τα ὄνομα δια των πρώ των ὑπεσημαινον χαρακτηρων χιαζομενυ τῦ ρ κατα τὸ μεσαιτατον ἅ δὴ κατα ₮ χρανοις φεειν εἰωθεκἄν τοις ματα ζαῦτα χρόνοις ὁ βασιλευς *Hasta longior, auro contecta transversam habens antennam instar Crucis. supra in ipsa Hastæ summitate, Corona erat affixa, gemmis & auro contexta. in hac salutaris appellationis Signum; duæ videlicet literæ, nomen Christi, primis apicibus designabant, litera P in medio sui decussata* (hoc tamen modo ☧ uti paullo constabit infra) *quas quidem literas Imperator in Galea gestare posthac etiam consuevit*: a qua proinde fabrefacti hoc modo Labari Cruce, quoddam, cum CONSTANTINI, Filiorumque ejus Imaginibus, purpureum velum, syparumve pendebat, prout in istoc, quod ante adhuc produximus, ipsius Labari schemate exhibetur.



Quum is itaque CONSTANTINUS, hanc novam Labari formam, ad suæ, ut ante diximus, Visionis similitudinem

a In V. C. L. 1. c. 31.

nem jussus fuerit exprimere ; quid , rogo , falsius dici poterit eo , quod Augusto nimirum ipsi , non directa Crux Christi , sed unum istud ☧ vel aliud ⳨ Servatoris Monogramma adparuerit in aere ; quum jam eodem in Labaro , nedum Græcis ex litteris compactum sit Christi nominis Monogramma ☧ sed & Crucis imago , in transversa ad longiorem Vexilli hastam antenna repræsentetur ?

Si in Labaro autem illo , Crucem a CONSTANTINO, haud ad visæ ab se Crucis exemplum expressam esse putaveris , sed ad veterem servandam illam Vexillorum , *Cantabrorumque* [a] figuram , quæ (quemadmodum ex Justino [b] Tertulliano [c] Minucio [d] , aliisque pluribus constat) strui ita solerent,ut in eorum hastæ parte suprema, transversus quidam inesset ad Crucis formam ligneolus ; si id , inquam , putaveris , advertas hoc loco velim , quod quamvis olim in militaribus Signis illis , quædam acta transversum esset ad longiorem hastam antennula , Crucem referens ; nequaquam tamen Gentiles , ipsis in Signis , veræ Crucis figuram, suo in animo , ac more habebant exprimere , quippequum Crux , infaustissimum apud illos & omen erat , & index . Qua de re,merito Beyerlinkius (post Eusebium, Nicephorum, Socratem , ac Cedrenum , qui , Labarum illiusmodi , Crucis referens formam , propriis oculis , CPolitana in regia inspexerunt) *constare* ait [e] , *CONSTANTINUM IMP. statim*

L   *tim*

a Quæ Militum fuerint *Cantabra* [quæ forte vox , a *Cantabris* Hispaniæ Tarraconensis Populis pugnacissimis, quos Silius Italicus *hyemisque* , *æstusque* , *famisque invictos* adpellat , ortum habuit suum] me haud certe piguisset exponere , ni Militaris Romanæ rei Scriptores , necnon Causeus (T. II. Mus. R. Tab. XVII.) ac Lexicographi denique tradidissent : at juverit tamen addere, in hoc potissimum *Cantabra*, ac Vexilla, a *Labaris* discriminari , quod illorum nimirum vela , vel sypara,adeo erant transversæ eorum hastulæ adligata , ut rugas aliquas, sui contractione non excluderent ; *Labarorum* autem vela , expansa erant sus deque , ut depictas in his Imagines præseferrent ex integro; quemadmodum & in pluribus toreumatibus , aliisque , quæ heic in Urbe supersunt, Signorum horumce formis declaratur .

b In Apolog. ad Anton. P.

c In Apolog. c. 16.

d In Octav.

e Laurentius Beyerlink in V. *Labarum* .

tim a conversione Labarum efformasse in Signum Crucis; propterea quod Constantiniani illa Labari Crux, adeo siquidem cum militarium Signorum veterum Cruce, nil commune præfetulit, ut jam olim Nazianzenus[a] execrandam profecto Juliani Imp. (Constantinianum hoc Labarum, ob suum in Crucem odium deformantis) insectatus fuerit audaciam, *adversus magnum illud Vexillum, quod simul cum Cruce magnifice, & cum insigni pompa Exercitum ducit*: Hinc dum idipsum ab Juliano labefactatum Labarum, Jovianus restituit; summo ejus in apice, Crucis Christi figuram, Christique vero Monogramma, in adplicito ad id velamine coaptavit; imo in facta a Valente, Constantiniani ipsius Labari reformatione, Labarum denique ad Crucis solius formam constructum fuit omnino, perinde ac in eorumdem Imperatorum subjectis iterum Nummis [b] intuetur.

I.



II.




Quid hisce autem, aliisve monumentis omnigenis opus habeo; quum ad oculis ingerendum, quod Crux nempe a CON-

a Orat. 1.

b Quibus plane de Nummis, (quorum primus, Joviani, ac Valentis est alius) secundo itidem cap. loquebamur.

CONSTANTINO, ob Divinæ nonnisi religionis, suæque habitæ Adparitionis intuitum, structa in Labaro fuerit; id rursus, ajo, ad oculis ingerendum, abunde unum(a), quod inferne conspicies, omnium vice sufficiet CONSTANTINI Numisma?



Spectes inibi Labarum, Labaro ei conforme, quod CONSTAN-

a Quo profecto cum Constantini Numismate (de quo p. XLVI. verba feci) conveniens valde est Majorani Aug. Nummus



qui post Baronium (C. A. 325. n. ccv.) ita prostat, ut Christi nempe Monogramma, suo in clypeo præferat is Augustus, qui dextera, Cru-

STANTINUS ad Visionis sibi factæ similitudinem jussus fuit extruere, Corona demta, ac velo, quod in prioris illo Labari syparo contextæ erant CONSTANTINI, Filiorumque ejus Imagines; in istoc autem, tres exstant earum loco paralleli orbiculi, in queis tribus aut Asia, Africa, & Europa [a], aut Solis hieroglyphicum, Christum adprime indicans [b] exhibetur. Serpentem, hastæ Labari hujus cuspide, medio ejus ventre transfixum, seseque in spiras contorquentem inspicias, titulo ei adjecto SPES PVBLICA. Quidne, rogo; quid amplius opus erit proinde, ut, eodem in Labaro repræsentatum quam affabre admireris Crucis Christi trophæum, [c] quo nostra nitet *spes publica*, seu quo tandem Diabolus, Draconis expressus symbolo, sic est a Christo prostratus, ut is, qui olim, *jam in ligno vincebat*, *in ligno quoque*, uti canit Ecclesia, *vinceretur*? Quum Labarum ergo istoc, nil diversum in Cruce fuerit ab eo, quod CONSTANTINUS ad Visionis exceptæ similitudinem fabrefieri mandavit; jam prioris Crux Labari, non militarium Signorum formam, sed figuram omnino exhibuit Christi Crucis, quam CONSTANTINUS inspexit; & cujus itidem divina vi, ac triumpho, Augustus ille, Serpentem humanæ sobolis hostem, protritum esse perceperat quamscienter. Quid, quod CON-

Crucem gerens, dextero item pede intorti draconis caput percalcat, ita ut istoc in hieroglyphico, superati humanigeneris hostis, virtute Crucis victoria indicetur.

a Quod porro opinamentum suppeditare jam poterit Gretseri Nummus (L. III. de Cr.) ubi tres insunt Orbes, ad trianguli rectanguli lineas concinnati; in quibus nomina *Africæ*, *Asiæ*, & *Europæ* separatim leguntur.

b Vid. Morin. in Opere *De lib. Eccl. p. Constant.*

c Sane Furhrmannus (P. II. Hist. De Const. Bapt. Colloq. XI.) ex illiusmodi Constantini Numismate, susceptum nonnisi Romæ a ConstantinoBaptisma, opinatus fuit ostendi; verum Natalis (Differt. XXIII. Sæc. IV.) Eusebii testimonio, totus est ut ostendat, quod in ea, Serpentis protriti imagine, jam profligata ob Christi virtutemCrucis, Idololatria monstretur.

CONSTANTINUS, Eusebii testimonio [a], suum ante Exercitum, non *aurea Simulacra*, *& Signa* [b], sed solum *Crucis tropbæum*, eo expressum in Labaro imperavit præferri; & Sozomenus [c], *eo*, ait, *consilio*, Labarum a CONSTANTINO in Christi Crucis, nominisque vexillum, commutatum fuisse, ut *continuo* ejus *adspectu cultuque*, *Romani*, *a patriis ritibus, paullatim abducerentur*? Summo itaque debet jure, meritoque fateri, quod CONSTANTINVS, suo Crucem in Labaro, non militarium Signorum more, neque solo, ut errat Brentius, distinctionis intuitu, verum ad visæ similitudinem Crucis imperarit adponi; sicque nullo proinde modo dicturus tandem is ero cum Cl. Ursio [d] quod ipso nempe in Labaro CONSTANTINI, uno excepto Monogrammate [e] Christi, nil certe sacrum, præcipuumque nil aliud haberetur.

Si Crucem ergo, Christique Monogramma, religionis nonnisi caussa, Constantiniano in Labaro constructum esse cognovimus; consequens erit ideo, quod CONSTANTINO, uti nec solum Servatoris Monogramma, sic nec sola peræque Crux, sed Crux ipsa cum Monogrammate, junctim fuerit ostensa; propterea quod CONSTANTINVS, ex accepta divinitus jussione, integram sane Visionis ei factæ similitudinem repræsentavit in Labaro; in quo proinde, solis exceptis CONSTANTINI, Filiorumque ejus Imaginibus, quas mili-

---

a In V. C. L. IV. c. 2.

b Signa apud Gentiles, Sacra erant omnino, suorumque loco Deorum (quorum ipsis in Signis repræsentatæ erant Imagines) venerari solebant: quare non desunt, qui eam adhuc, quam Judæis, Christus Dominus (Marc. XIII. v. 14. adfuturam prædixit βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ *Abominationem desolationis, stantem ubi non debet*, ceu, *in loco Sancto*, uti habet Matthæus (XXIV. v. 15.) pro Signorum, quæ Romani, Hierosolymitanum in Templum laturi erant, religione, & cultu interpretentur.

c Sozomenus L. I. c. III., & 4. cum quo Socrates L. I. c. I., & 2. convenire videtur.

d T. IV. Hist. Eccl.

e Quod si Prudentius (L. I. adv. Sym.) de Constantini Labaro loquens

militaris nonnisi consuetudo, ibi sivit adponi (a); necnon exscepta (si ita malis) aurea ejus, gemmataque Corona (b); cetera quidem symbola, Crucis nempe figura, nominis Christi Domini Monogramma, symbola isthæc, ajo, quæ Christianæ solius religionis sunt stemmata, negari nequit, quin ad exhibitæ CONSTANTINO Visionis exemplum referrentur.

Sed nos turbat Baronius (c), qui CONSTANTINO, solam nonnisi Crucem, testimonio Eusebii, ac Arthemii, visam scribit fuisse. Quid? Si quicquam modo mei judicii erit, facile siquidem (juxta Eusebii, Arthemiique narrationem) Baroniana, & nostra simul opinio conspirabunt amice, semel ac adseramus, quod CONSTANTINUS, diurna in Visione, solam viderit Crucem; & in noctis subinde Visu, Christum cum Cruce, Christique nominis viderit Monogrammate; sive, quod malim, tunc is a Christo, de Monogrammatis istiusmodi concinnandi consilio instrueretur. Sane hoc in opinamentum, me ire pedibus sinit laudatus idem Eusebius, qui summam fuisse ostendit CONSTANTINI solicitudinem, qua ille, Viso expergefactus nocturno, peritiores ad se vocavit tam auri, quam gemmarum Sculptores, ut illis Signi formandi effigiem, sermone suo describeret solertissime. Ecquis putabit futurum fuisse opus, ut tam anxie CON-

---

loquens, solo ipse de Monogrammate, haudquaquam de Cruce mentionem habuit ita,

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum: jam ibi is, non de integra ipsius Labari forma, verum sola de ejus sublimiore adlocutus est parte, seu gemmata Corona, quæ (uti vidimus) illud Christi Monogramma, supra syparum, ceu purpureum velum Labari complectebatur.

a Releg. Not. p. VI. L.b.

b Sane putat Gretserus quod Constantinus, Christi viderit Monogramma, Corona quadam instructum, quemadmodum ipse postea repræsentavit in Labaro: nihilotamenminus, quam id perperam, quamque falso opinatus fuerit Gretserus, infra quidem ostendam, ubi recens nimirum, neque dissimilis Bunemanni adsertio explodetur.

c Ad C. A. 312. n. xxvi.

CONSTANTINUS in Signi illius collineanda effigie cieretur? Quantæne, rogo, industriæ, quantive laboris erat, Crucis figuram, rem veluti, *Cælo, & Chao antiquiorem*, soloque suo aburde notam vocabulo, delineare? Summa ergo laboris fuit in Monogrammate Christi Nominis concinnando; quod, tametsi, diu ante CONSTANTINUM (ut constabit post pauca) usurpari cœpisset, illud nihilosecius, neque vocati a CONSTANTINO Artifices, nec Augustus is adhuc (antequam Visionis sibi factæ mysteria, Christianis ab Sacerdotibus [a] didicisset) vel fando audierant quandoque: hinc non alia esse potuit caussa, ob quam illico CONSTANTINUS, coronatum Christi nominis Monogramma, Crucis simul cum signo repræsentavit in Labaro, ni quia ei, & Crux, & Monogramma, suo in noctis Ostento repræsentata quum essent; opus erat proinde, ut juxta monitum ei divinitus factum, illo in Labaro, Crux Christi & Monogramma, novo tunc, nec tam facili opificio exponerentur.

Sacro itaque de Monogrammate Christi Domini a CONSTANTINO in Labari Corona posito, dum intervenit sermo; non nullos, ajo, reperiri nunc itidem cum Bandurio [b], qui Constantiniani id Labari Monogramma, ex Græca nonnisi P rectam in pede lineam sic gestante ⳨ compactum esse adfirmant. Quidam, post Cuperum [c], Anonymus, illiusmodi Monogramma cum vulgare circumflexi *accentus* nota extructum putat hoc modo ☧: *quod utique*, ut idem ait Cuperus, *non est opus multis refellere, quum certus sim, Virum illum, sententiam suam relicturum, si Nummos inspiciat*; in quibus certe, necnon in ceteris rei hujus monumentis omnigenis, non mentio, non vola quidem eodem de

a Qui profecto Christianæ Religionis Sacerdotes, non Episcopi, sed convocati e citimis fortassis Pagis Presbyteri jam fuere; & haud alio quidem loco, quam ubi proximam noctem Constantinus tunc egerat, suæ de habitæ Visionis mysterio interrogati, auditique videntur.

b De Numm. a Trajan. Dec. ad Palælo T. I I.

c In Not. ad Lact.

de Monogrammate occurrit ulla. At contra tamen fere omnes sunt ii, qui ipsum Christi Monogramma, haud aliam in eo Labaro habuisse credunt figuram, ni eam porro, quæ ex Græcis his primis, Christi nominis literis X & P, ad modum hunc intertextis ☧ concinnatur.

Qui se priori adsertioni nunc dedunt, exempla adhibent quædam tum CONSTANTINI Numismatis, post Ducangium [a], vel Marciani pueri Epitaphii, post Baronium [b]; tumque tradita apud Bosium, [c] Constantiniani peræq; temporis præferunt monumenta, ubi sacrum Christi Domini Monogramma, istiusmodi quidem forma ⳨ adpictum est. Quid ita? Ennummne modo, si cavillandi libido esset, possem statim reponere, quod quum contra, in CONSTANTINI Numismatibus ceteris [d], necnon in pluribus adhuc aliis Constantiniani Ævi cimeliis, Monogramma prostet id alterum ☧ jam id proinde, non illud ⳨ ab ipsis usque Constantinianis usurpatum esse temporibus evinceretur? Quoniam vero ulcisci, & vicem illico, parque pari referre, a me longe uti abfuit, sic abesse nunc opto; brevissime, quoad potero, quod rei erit edisseram: Ac negaturus, ultro quidem non ero, quod Monogrammatis Christi Domini specimen, tam iisdem, quam sequioribus CONSTANTINI temporibus variatum sit adeo, ut modo illud Græcanicis ex elementis X & P ita textis ☧ ☧ ☧ [e]; modo ex X atque ρ superposito ☧ [f]; modo ex Græco dun-

a Quem videsis in Fam. Byzant.

b Ad A.C. 312. n.30.

c De Cru.Triumph.L.IV.C.XII.

d Quam certe plurima, Monogrammate istiusmodi ☧ insignita, Constantini Numismata occurrent iis, qui Antonium Augustinum (in Dialog.) Claudium Molinetum (in Not. ad Epist. Steph. Tornacen., & in Diss. de Vis. Const. in Ephemerid. Litterator. Amstelod. edit. A. 1682.) Jo: Tristanum [in Comment, Histor. Gallic. de Antiq Numism. T. III.] aliosque tandem perlustrare Nummographos non graventur.

e Sparsim quippe, passimque ejusecemodi Monogrammata, apud Aringhium, Bosium, Gruterum, Fabrettum, Muratorium (ceteros ne recenseam) invisuntur.

f Sacrum id Monogramma, ex Mediolanense quodam Tumulo, Fleetvvoo-

dumtaxat X, summo lineæ capite circumflexo ☧ [a]: modo simplici X [b]: modo ex Græco P, cujus apex, nunc sit dextrorsum, nunc sinistrorsum inflexus, cujusque pedem vel medium, recta decusset linea ⳩ ⳩; & cum quo Græcum sit quoque interpositum X, ut Crux inde & Monogramma simul pateant ita ☧ [c]: modoque tandem diversis formulis aliis [d] metipsum Christi re-

M præ-

Woodus exscripsit; illudque etiam apud cl. Alexium Symmachum Mazachium (quem honoris nonnisi, meæque in Virum summum observantiæ caussa nominatum heic velim) in Epist. De D. S. A. (p. 143.) cum subjecto Epigrammate invenitur.

A ☧ Ω

Cervia . quæ fidei . vixit . fundamina seclo
Terdeno . ævo . binos . quater . attulit . annos
Læta . dolique expers . culpa . procul . impigra . honesta
Astrigeram . secat . alma . viam . cæloque recepta
Hic . vitæ . metas . & . inania . membra . reliquit .
Ded. pridie Nonas Januarias.


Sed num ibi pro DE D. scalptum fuerit DE*Posita*, nonnihil ipse abdubito cum Mazochio; qua de voce *Depositus*, Christianorum solummodo in Sepulcris (quicquid contra insanuerit Basnagius) usurpata, vide potissimum quæ a Georgio, Gutherio, Fontanino, aliisque docentur.

a Sequiores Not. p. XCI L. a & b tu confer.

b Quæ profecto Monogrammatis icon, neduum exstat in Nummo quodam post Gretserum (T. I. de Cr. L. II. c. 36.) exhibito; verum comperta jampridem fuit apostatæ Juliano, qui (in Misopogone) *dicitis*, Antiochenis ajebat, *me Chi X* i. e. Christo *bellum indixisse; & Kappa K* i. e. Constantinum *desideratis*.

c Quodam fictilium in Lucernarum iconismo, figuras hasce conspicias post Georgium (in *Differt. de Monogr.* C. D. p. 10.) quas, ante ipsum, jam domestico ex Museo, Franciscus Eques Victorius, eruditissimo in Commentario ad Num. *Æreum veter. Christ. pag. 3., & seqq.* Romæ in lucem emiserat. De istiusmodi nihilominus Monogrammate ☧, id præstabit adjicere, quod haud raro in Christianorum veterum Anulis, non sine aliquo sacro lemmate inspectetur.

d Quibus quidem præ aliis, non prætermittendum heic censeo Monogramma, quod Fabrettus in immortali Syntagmate Inscriptionum (C. VIII. n. IV. p. 572.) exponit,



ex

præsentatum sit Monogramma, ad quod vel Græcæ plerumque Siglæ, seu litteræ AetΩ [a], aut *Pisces* interdum, *Corona*, *Palma*, *Columba*, aliaque his similia Christianorum veterum Symbola coaptentur. Sed si modus præterea noscendus est Monogrammatis, a CONSTANTINO in Labaro collocati; illud nos haud dubie, ex oculato illius teste Eusebio, fuisse discimus ita ☧: tametsi ab hoc Labari Monogrammate, Monogramma distarit aliud, a CONSTANTINO sic notatum ☧ in Scutis [b]; nam ipse quidem ex *transversa* X *littera*, *summo capite circumflexo*, *Christum in Scutis* [c] notavit; perinde ac a La-
ctan-

ex his compositum Siglis D. M. C. quas rectissime ipse quidem *Deo Magno Christo* (contra licet putaverit Mabillonius) interpretatur.

a Quibus equidem literis, jam ab Apostoli Johannis Ævo, consuevisse, nonnulli putant, Christum significari; nam Tertullianus (*de Monog. c.* v.) Clemens Alexandrinus (L. I. Pædagog. c. 7.) Prudentius (*Cathemerin. Hym. IX.*) aliique e Veteribus, rationes exponunt, ob quas Christus in hisce litteris A & Ω, *principium*, & *finis* omnium designetur. Qua de re, deceptum fuisse constat Laurentium Ramirez, qui in Notis ad Luitprandi Chronicon (pag. 363.) ideo, ait, Siglas has A & Ω Christianorum in Sepulcris fuisse primitus positas, ut ita palam, Catholicorum Conditoria a Tumulis discreta essent Arianorum, Christi ipsius Divinitatem, æternitatemque negantium: sicque nec etiam probari quiverit, concedique Menckenio, quod Constantini nimirum Ævo, omnium sane primo, Christi Domini Monogramma, cum circumpositis Siglis his A & Ω delineari incœperit; quippe quum e monumentis apud Boldettum (L. I. c. XXXIX. Tab. 3. n. 4. p. 194.) excusis, luculentissime constet, quod Constantini ante tempora, Monogramma Christi Domini, illis quidem cum literis, vel cum *palma*, cum *columba*, cum *piscibus*, cumque *anchora* (quæ quidem omnia, Christianismi mysteria, ἱερογλυφικῶς indicare *initiatis* solebant) conjungeretur.

b Quod proinde Monogramma Christi Domini in *transversa X Littera*, *summo capite* ☧ *circumflexo* notatum, nunc in illo cumprimis patet cimelio Capitolini Musei, quod ad omnigena Ecclesiasticæ Antiquitatis rudera illustranda, jam nuperrime a Sapientissimo, Optimoque PONTIFICE BENEDICTO XIV. extructum splendide fuit: & id in Statuis, pictisque extitit olim Constantini Imaginibus, Labaro insignitis; & in Nummis id demum illis, quos (T. I. de Cr. L. II. c. 24.) repræsentavit Gretserus, intuetur.

c Quoniam vetere Gentilium consuetudine, insigniores res quæ-
dam

ctantio [a] (dum ita ejus [b] restituta sit lectio) recensetur.

Qua de re, præ universis, quæ comportare hanc in rem ipse quiverim monumenta [c], unum, quod rem

---

dam vel in Clypeis, Scutisve bellicis, vel monumenti, vel Voti caussa, una cum Tabulis Votivis aliis, suspendi in Templo solerent: contra ideo Constantinus cœleste quidem Oraculo, suis in Scutis, Christi Domini nomen, cui quicquid est Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum, flectit genu, subestque, jussus fuit notare; quo demum fluxit, ut in Constantinopolitano S. Sophiæ Templo, plures (uti Paulus Silentiarius refert) inventi jam fuerint Clypei, sive Disci, in quorum medio, Divini adhuc Servatoris Imago contineretur.

a Quam procul certe a vero distant nonnulli, qui descriptum ab Lactantio Monogramma, hunc exponunt in modum ☧: nam, & si post Latinos, littera X, ceu *Denarii* quidem numeri Nota, ad formam interdum Crucis ✳ consueverit pingi, Lactantius tamen ipse, non X Latinum, verum Græcanicam *transversam litteram*, ceu devaricatam nonnisi *Chi* X indigitavit omnino: quare nullus propterea tam lippus erit, quin videat, quod in hujusmodi Monogrammatis forma ☧, nequaquam X cum summo lineæ *capite circumflexo*, uti refert Lactantius, sed Græcum P cum recta potius quadam, ipsius pedem vel medium dissecante lineola designetur.

(b) Sane gnarus is eram, quod in Lactantii quidem illa, quam Baluzius, aliique prodiderunt Editione, ita in Libro *de Mortibus Persecutorum* (XLIV) invenias, *fecit ut jussus est* Constantinus; *& transversa X littera, summo capite circumflexo Christo, in Scutis notat*. At modo tandem advertendum heic duxi, quod ubi antea, istiusmodi recitavimus Lactantiani Operis verba, ea, non sine præstantiorum Editionum exemplis, sic fuere jam reddita, *& transversa* X *littera, summo capite circumflexo, Christum in Scutis notat*: quæ plane lectio, quousque sit Lanctantii verborum sensui, ac ratione conformis, illæ præsertim, id certo certius reddunt Lactantii Editiones, quas Lebrunius, Langletius, Bauldrius, aliique dedere præstantes Viri, queis denique omnibus, novam fulgentioremque lucem affundet Editio recens illa, quæ a cl. Eduardo a S. Xav. C. E. optima critice, eruditionisque penu ditissima adornatur.

c Quamplurima porro sunt de Christi Domini Monogrammate istum ad modum ☧ Constantini Ætate adhibita monumenta; nam in illa, quam nos ante retulimus (p. L.) Inscriptione, id Monogramma jam prostat, quæ proinde Inscriptio, Constantino superstite exarata fuit profecto, quoniam CONSS. *Bassus*, & *Ablavius*, eodem illo in Marmore

ipſam confectam dabit profecto, hunc ad modum habetur.



Quod in hoc itaque CONSTANTINI Numiſmate

re deſignati, Anno nonniſi Chriſtianæ Epochæ CCCXXXI. quando ſcilicet Conſtantinus, in vivis adhuc agebat, Conſulatum geſſere: & (ut antiquiſſima Servorum Collaria ad Conſtantini Ætatem, uti notat Pignorius *In Commentario de Servis* accenſenda, & Criſpi Cæſaris, Gratiani, Valentiniani, aliorumque Impp. Numiſmata, Monogrammate iſtiuſmodi ☧ inſignita, heic cum ceteris hujuſce rei monumentis, miſſa faciam) jam, vel ipſius Conſtantini in Nummis, quos ante etiam dedimus, Monogramma idem occurrit; idemque cernimus alibi, quamfrequenter. Supparem vero Conſtantini Ævo, ſi optes Monogrammatis formam, hæc ſpectatiſſime in eo præſertim occurret *Flaviæ Jovinæ* Tumulo, quem Baronius, ad Ch. A. CCC. LXVII. adcuratiſſime refert: nam id inibi Monogramma, non cum foliis tantum palmæ, ſed & Corona incluſum quoque, perinde ac Conſtantini eminebat in Labaro, exhibetur.



FL. IOVINA. QVAE. VIXIT
ANNIS. TRIBVS. D. XXXII. DEPOS.
NEOFITA. IN. PACE. XI. KAL. OCTOB.

Sed

te (a) scalptum cernis in Galea Monogramma, formam hance ☧ præsetulit: jam vero, dum concinnatum a CONSTANTINO in Labaro Monogramma, delineavit Eusebius, illud, uti retulimus, fassus fuit componi ex binis primis Christi nominis litteris, nexu uno contextis (b); quas quidem contextas litteras, Augustum illum, sua in Galea gestare consuevisse, Eusebius idem subjunxit: quum ea ergo in Galea CONSTANTINI, primæ istæ Græcanicæ Christi nominis litteræ X & P hunc sunt ad mo-

Sed unum denique, eodem de Monogrammate, audire præstat Paulinum.

Nam Nota quæ bis quinque notat, numerante Latino,
Calculus, hæc Græcis Chi scribitur, & medium Rho.
Cujus apex & sigma tenet, quod rursus ad ipsam.
Curvatam virgam faciat O velut Orbe peracto;
Nam vigor obstipus facit I, quod Ellada Jota est.
Thau idem stylus ipse brevi retro a cacumine ductus.
Efficit, atque ita sex, quibus omni nomine Nomen.
Celsius exprimitur, coeunt elementa sub uno.
Indice, & una tribus formatur littera virgis.

Quum Antistes Nolanus itaque, suis hisce Carminibus (Nat. XIV. 616.) Monogramma Christi nominis, sex nonnisi elementaribus litteris, compendio contineri, & Rho, ex variis ejus ductibus, litteras O. I. T. præclare dixerit effici; jam, uti constat, hæc, de sola Monogrammatis hujus forma ☧ exponi posse videntur.

a Quod non vulgare Constantini Numisma, penes Baronium (A. C. 312. n. XXXI.) ex Angeli Breventani Museo comportatum invenies: at cave de eo dubites, propterea nempe, quod Constantini imago, haud ibi vel auro, vel diademate (ut Nummis extat in aliis) sed cristata duntaxat galea, vinciatur. Quid ita? Militarem ibi habitum ipse gestat Augustus: & non pauci Imperatores, modo in Nummis galea, modo lauru, modoque gemmato tandem redimiti sunt diademate; cujus gestandi usus, si Spanhemium audias, jam eodem a Constantino (quem iccirco injustioribus, acrioribusque vellicavit sarcasmis Julianus Apostata) arcessetur.

b Si ex verbis Eusebii, quæ nos antea (p. LXXXVI.) recitavimus, significari cum Bandurio (Tom. I. pag. 150.) dixeris, quod constitutum a Constantino in Labaro Monogramma, sola constiterit Græca litera P transversam in medio sui lineolam ☧ congestante; erroris statim te arguet Eusebii vox χιαζόμενον, quæ originem repetens a χιάζω decusso, litteram proinde P, nonnisi a X in medio sui decussatam ☧ significat, prout res quidem hæc ipsa clamitare videtur.

modum insertæ ☧, negari iccirco nequi, quin in Labaro itidem CONSTANTINI, simili prorsus compactæ modo, idipsum Christi expresserint Monogramma ☧; maxime adhuc, quia Monogrammatis istiusmodi genus perusitatius, celebriusque eo temporis fuerat, ac Monogramma hoc aliud ⳨; nam testante Fabretto [a], quam raro admodum, Christianis in monumentis, Monogramma istud occurrit ⳨; quum tamen contra, vel ipsam ante CONSTANTINI ætatem, hujuscemodi Christi nominis Monogramma ☧ in more erat effingi, ut mox infra dicetur.

Quod primis enim ab Christianis temporibus, venerandum Christi nomen, non sine *Arcani Disciplinæ* consilio, quibusdam soleret Siglis, ceu singulariis, symbolicisque litteris [b] exarari, satis profecto ex Clemente Alexandrino [c], Tertulliano [d], Patribusque antiquis aliis innotescit: imo, quod Christi Monogramma, forma hac intertextum ☧ suam ab Oriente, ubi primum Fideles, *Christiani* vocari cæpti sunt, originem repetierit, non immerito siquidem probatum ivit CL. Bonarotius [e], quem Geor-

a C. VIII. Inscript. N. XXVIII.

b Siglæ, seu Litteræ Christi nominis, hæ præsertim fuere I.K.Θ.Υ.Σ. Ιησῦς Κρισὸς Θεῦ Υἱος Σωτήρ *Jesus Christus Dei Filius Salvator*. Quæ quidem Siglæ, quia in vestibus plerumque erant Neophitorum, ipsi ideo, *Pisces*, a mox citando Tertulliano nuncupati fuere; & eorumdem in Sepulcris, insculpti *Pisces* occurrunt: nam Græcanicas Siglas illas I. K. Θ. Υ. Σ. si jungas, *Piscis* inde componitur.

c Strom. L. IV.

d De Monog. c. v.

e Quamvis ita cl. Bonarotius (in Præfat. ad præstantiss. Opus *De Vitreor. Frag. Vascul. Cæmetr. Urb.*) opinatus fuerit cum pluribus; non inde tamen in Sperlingii, & Cuperi abiturus ero sententiam, ut in quibusdam nimirum illis post Polenum (T. IV. pag. 279.) exhibitis *Siberiacis* litteris (eccurnon forte Sinensibus, vel incogniti prorsus generis, incognitiorisque notionis characteribus?) Monogramma Christi Domini expressum sit: quinimo Perins-Kioldus, qui Monogrammatis originem, a Svecis ferme repetiit; jam erroris (ne dicam amplius) vel unus arguet oppido Sophoclis Scholiastes, qui Monogrammatis formandi usum, vetustiorem fatetur.

Georgius [a], aliique, consectati jam sunt; quorum opinione, tam mysticum Signum *Tau* ab Ezechiele memoratum [b], quam *Signum Dei vivi*, quod in *Dei Servorum* [c] *fron-*

---

a In Diss. de Monogrammate Ch. Dom. c. 11.

b *Signum* Tau, (Ezechiel. IX. 4.) *supra frontes virorum gementium*, plerique Interpretes explicant hac de Crucis figura X, ad quam Hebraicum vetus, vel hodiernum Samaritanum *Tau* (quemadmodum nedum ex Nummis, quam ex veteribus monumentis multigenis, Montfauconius probat *Paleog. Grac.*) dubio procul accedit; & non desunt ex PP. Hieronymo vetustioribus, qui in LXX. Virali Versione sic legunt *Δὸς τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα*, *signa supra frontes virorum gementium*; ita proinde, ut verba isthæc, non tam de Cruce, verum de quovis alio sumi debeant Signo, quo nimirum *gementes*, a ceteris neci addictis distinguerentur.

c Servorum frontes, inscribi olim consuevisse, Dominorum suorum Signis, Notisque, testatum prodidit Seneca (de Benefic. L. IV. c. 37.) Varro (L. I. de R.R.) Plinius (L. 18. c. 3.) aliique: quem proinde inscribendarum frontium morem, pro supplicii, summæque adhuc ignominiæ genere, passim habitum, (damnatis enim ad necem inussa facies erat atris Notis quibusdam, ac potissimum Græca littera Θ; nam *Mors*, græce *Θανατος* audit) Lege denique vetuit Constantinus, ad Eumelium scribens, (in Cod. Teodos. L. 2. De Pœn.) quod *si quis fuerit ad metallum pro criminum deprehensorum damnatus, minime in ejus facie describatur*. Sed hanc adversus pientissimi Imperatoris sanctionem, Theophilus Imp. Iconoclasta, servili rigavit stemmate Theophanem, ac Theodorum, quos iccirco Methodius (qui ab eodem impiissimo Cæsare, Sepulcro detrusus fuerat) salutatos voluit ita:

Quorum libris scripta sunt in cœlestibus.
Nomina, piæque frontes compunctæ Notis:
Hos, qui sepultus ante funus est suum
Vinctos salutat & ipse vinculis gravis.

Quum itaque ab Johanne (Apocalyp. VII.) *frontes Servorum Dei*, signari audias *Signo*, sive *Nomine Dei viventis*, cave propterea quid ferale, probrosum, teterrimumque concipias: quoniam id, sive pro Crucis forma, sive pro Dei nomine יואת sive pro Christi tandem vel nomine, vel Monogrammate sumas, quid speciosum nonnisi, ac salutare, dicendum erit omnino. Scire enim quis poterit consuetudinem illam, qua nempe Daci & Sarmatæ (teste Plinio L. 22. c. 1.) necnon Thraces potissimum (teste Herodoto, ac Cæl. Rhodigino *Lect. Antiq.* L. VII. c. 31.) vultum *in signum nobilitatis*, in more habebant inurere: & nemo subinde nescit, quod nempe Ethnici, in illius, cui sese, devovebant, honorem Numinis, nunc maxillis, nunc brachiis (quemadmodum de Assyriis, testis est Lucianus

frontibus ſcriptum vidit Johannes; hæc inquam Signa, illo Chriſti cum Monogrammate, ſi non graphice prorſus, aliquo tamen modo (dum fidem Bottario junxeris) coæquantur. Quicquid vero de Monogrammatis Chriſti Domini, eo cum *Tau* Ezechielis, Johanniſque cum Signo ſimilitudine ſit; negari non poteſt tamen, Græcum hoc Chriſti nominis Monogramma ☧ diu ante CONSTANTINUM uſurpatum fuiſse. Symbolo namque iſtoc inſignita ſunt Monumenta SS. Martyrum Marii, ac Alexandri [a], quorum ille ſub Hadriano, iſte autem ſub Antonino Pio, martyrium conſummavit: ſcalptum peræque, Signum illud inſpicies in S. Caji Papæ (qui Diocletiana in perſecutione paſsus fuit) Sepulcro [b]: in Epitaphiis illud cernes SS. Martyrum Primitii [c], Ermetis [d], Laurentii [e], aliorumque, quos perſecutionum Ante-Conſtantinianarum tempore paſsos eſse, haud obſcure ex ve-

nus *De Dea Syr.*) candenti ferro, vel acubus, Notas quaſdam, nigro, ceruleo, vel alterius cujuſcunque coloris pulvere inſperſas imprimebant: quocirca vetuit Hebræis Deus (Levit. xix. ℣. 28.) ne apud ipſos *Scriptura illa punctorum* uſurparetur. Quid iſta? Sibi quidem & laudi & honori Chriſtiani veteres dabant, ut in cubitis, brachiiſque, Chriſti Crucis vel Monogrammatis ſtigmata, religioſe imprimerent, exemplo forſan Apoſtoli, qui in flagris pro Chriſti nomine, ſuo inflictis in corpore, decus, laudemque ſuam reponens, jam *ſtigmata Domini Jeſu*, ſuo geſtaſſe in corpore gloriatur.

a Spectatiſſima horumce Martyrum Ἐπιταφίων verba, apud Boſium (L. III. c.22.) & Aringhium (L. III. p. 524. & ſeq.) referuntur.

b De quo vide tum Aringhium (L. III. p. 642.) tum Becillium, eo in Commentario ubi de ſacris S. Caji P. in Cœmeterio Calliſti jam repertis exuviis, diſertiſſime agitur.

c Sepulcralem illius Titulum laudatus prodit Aringhius (L. III. p. 592.) quo eodem in Titulo, cum cruoris ambulla (uti primæva ſepeliendorum Martyrum conſuetudo obtinuit) jam effoſſo, adpellatus fuit Primitius, *fortiſſimus Martyr*.

d Quo de Ermetis Martyris Monumento, tam Fabrettus (*Inſcript.* C. X.) quam Mamachius (T. V.) ſat ſuperque locuntur.

e Sacram Laurentii hujus Martyris Urnam, in Priſcillæ Cœmeterio, cum ſanguinis adhuc vaſculo, eruderatam, luci dedit Boldettus (*Obſervat. ad Cœmit. Sac.*) cum infra poſito Marmore, ubi & Chriſti Monogramma, & ſigna proſtant cultri, & malleoli, tanquam hominis, pro Chriſto mactati in victimam,

vetustissimis eorundem dignoscimus monumentis (a): expressum quoque id esse scimus in Anulis, quos Septimii Severi, sequiorumque Imperatorum temporibus, Christianorum quidam gestare (b) consueverunt; atque ne omnia, de usurpato, CONSTANTINI ante tempora Mono-

mam, (Gentiles enim cultro, & malleo in victimis mactandis usos esse, nemo est qui non sciat) quo proinde in Marmore, hunc ad modum Inscriptio exhibetur.

LAVRENTIV
VI IDVS IE
sic
NVRAS   leg. IANVARIAS
DECESSIT   *heic*   *binc*
☧   Cultrus   Malleolus

(a) Quæ, si aveas, dabit tibi præcipue Bonarotius (pag. 13. ỳ. 86.) & Boldettus (L. I. c. 39.) quibuscum adhuc, & Fabrettus, & Aringhius adjungantur.

b Quod ipso quidem Alexandri Severi tempore, Christifideles, suis in Anulis, sacrum Christi gestaverint Monogramma, luculentissime testatum habes in *gemma* ab Ludovico Chalucio (*in Dactyliograph. MS.*) repræsentata, in qua Christi Monogramma cum insculptis hinc inde litteris A & Ω adjunctam habet Epigraphen SAL. DO. N. ALEX. FIL. LVCE i. e. *Salus* (pro ethnicorum Impp. salute, veteres Christiani, ad Deum preces fudisse, ex Tertulliani præsertim Apologetico c. xxx. plane constat) *Domini nostri Alexandri Filii Mammeæ luceat*. Nec in ejusmodi inscriptionem, dicas velim cum Cangio, quod *vox* DOMINI NOSTRI, *Sæculi ejus non sit*; nam Lampridius (*In vita Alex. Sev.*) tametsi dixerit, eundem Imperatorem jam se ab hacce *Domini* nomenclatione, exemplo forsan præeunte Tiberii, abstinuisse (vide temporum vices! *Domini* adpellatio, quam Romani metipsi Imperatores, re quidem vera, universi Orbis tunc *Domini* non excepere; nunc vix est, ut fatis eam pro merito vel Tonsores excipiant, vel *labefacta movens robustus jugera Fossor*) hanc *Domini* tamen vocem, in Provinciis, urbibusque, altero Christi Sæculo, adulationis utcunque caussa frequentari cœpisse, Norisius (Dissert. *De Diocl. Num. c. I.*) & Spanhemius (*Diss. de præst. & us. Numism.* p. 484.) sat superque testantur. Christi ergo Fideles, & in Nuptiis celebrandis, & in rebus domesticis obsignandis usos Anulis esse, Tertullianus cumprimis tradit, dum (*Idololatr.* c. xvI.) de pronubo Christianorum Anulo meminit, hortaturque imo mulieres, ut auri, & argenti abjicientes ornatum, ferreis inde Anulis uti potius velint; quorum olim in Anulis, atque gemmis, Christi Domini Monogramma insculptum fuit non raro, prout Eusebius (L. vI Demonstr. Evang. c. 25.) Gorlæus (in Dactiliotheca T. 184.) Pignorius, Licetus, Heinsius, aliique demonstrant: quibus profecto obstare nequit silentium

tium

nogrammate Christi Domini [a] monumenta, longo indice congeram, satis hæc esse puto, ut gravis inde patescat ille, putidusque lapsus Basnagii [b], qui hoc ipsum Christi nominis Monogramma, omnium primam, unamque suam a CONSTANTINO repetiisse originem profitetur.

Suas ergo pro more, veteratoris mendacissimi partes, is, ut agat Basnagius, *nemo*, ait, *facile sibi persuadeat hanc litteram* (Christi scilicet Monogramma ☧) *Christianismi Notam, in monumentis agnosci, quum id non evenit nisi post Gentilitatis interitum, ac post CONSTANTINI Imperium* [c]. Quocirca, sacrum ut illud Servatoris Monogramma, priusquam CONSTANTINUS collocasset in Labaro, non Christianismi, sed Gentilitatis duntaxat Notam fuisse, impudentissime panderet; unum Decii Augusti, Christianorum ho-

tium Clementis Alexandrini, quoniam ipse, ideo quidem cum symbolis, quæ in Anulis olim erant Christianorum, Monogramma Christi non numerat, propterea quod eo temporis, cuivis affatim exploratum evaserat, vulgatumque, quod ipsis usque ab Ecclesiæ incunabulis, jam Christiani, Christi Crucis, vel Monogrammatis symbolo uterentur.

a Servatoris id utique Monogramma, non in veterum modo cernes Christifidelium *Anulis*, sed eorumdem in *Tesseris*, *Amuletis* (prisci enim Fideles, quosdam æneos, ferreos, aureosve Orbiculos, cum aliquo in extema ora foramine, Christi Cruce, vel Monogrammate insignitos, suspensos collo gestabant) necnon plerisque, Christianorum ipsorum veterum, qua figulinis, qua metallicis demum spectabis id in Lucernis, quæ a Molineto (*Mus. p. 3.*) Aringhio (L. VI. p. 571.) Bosio. (L. III. c. 23. a pag. 203. ad 251.) Bellorio (*In Observation. ad Veter. in Lucer.*) Causeo (*Mus. R. T. II.*) pluribusque id genus Scriptoribus congeruntur. Qua de re, dissimulari non debet sphalma Casalii, qui (*De Veter. Ægypt. Rit.* c. XXV.) in veteri quadam e Museo Francisci Gualdi Lucerna, Christi Monogramma, pro rota, qua vitæ abit curriculus, & nudam Jonæ imaginem (quam olim ad resurrectionis futuræ symbolum proponebant Fideles) pro lasciviente quadam femina accepit quidem incaute, ac oscitanter. Sileri itidem de Liceto non debet, quod dum reconditis de Lucernis quibusdam, sermonem habet, Christi nominis Monogramma, ad Gentilium tum stemmata, tumque tempora debere, ait, referri, ni ejus adstent ad latera A & Ω: quare merito a Menckenio (*Diatr. De Monog. Chr.* c. I. §. V.) viro licet Etherodoxo, temeritatis non modicæ insimulatur.

b In Hist. Judaic. secundis curis recusa A. C. MDCCXVI.

c Loco mox indic.

hostis infensissimi profert Nummum, ubi symbolum illiusmodi, interpositum esse blaterat in scalptis inibi litteris BA☧ATOY; aliudque is adfert adhuc Ptolomæi Regis Numisma (a), in quo fulmini insistit Aquila, cujus ad pedes, Nota quædam, vel signum, quod nil a Christi differimus Monogrammate, jam interjacens est. Quid? Scalptum id quoque, is fuisse, subjungit in Osiris, atque Isidis baculis; ipsumque tandem in Serapidis eversi Templi (tota olim Ægypto spectatissimi, celebratique) ruderibus, summa omnium confidentia, inventum esse fatetur.

Sed vah putida, vesanæ mentis ac perditæ, adinventa, quibus,

Omnia fanda, nefanda, malo permixta furore.

is inepte conglomerat, ac ignoranter. Quum Basnagius itaque, illum Decii Augusti Nummum a Tristano (b) deprompserit, ab Tristano peræque discat, quod his nimirum in litteris BA☧ATOY, nomen solummòdo expressum sit *Apphiani* BACHRATI, vel BACCHARATI, quo videlicet sub Prætore, ille cusus est Nummus; quocirca litteræ ☧, quas pro Christi Monogrammate jam accepit Basnagius, eæ, Græcanicarum nexus sunt litterarum X & P, quas, in medio olim vocum contrahi consuevisse (c), ignorat penitus nemo. Quod Basnagius dein ipse, Nummum æneum alterum, signo isthoc ☧ ornatum, cæco veluti impetu ad *Ptolomæum Apionem*, Cyrenes Regem pertinere, & Notam illam ☧ pro ΚΡΙΣΤΗΡΙΟΥ, Oraculi Jovis Ammonis Nota, interpretatus

a Sane istoc in grandiusculo, æneoque Numismate, apud Greiserum (T. 1. lib. 2. de Cru. cap. 28.) traditio (de quo Bosius itidem, Aringhius, Longus, Pignorius, Georgiusque cum aliis meminere) subrectam cernes in parte aversa, cum Cornucopiæ, Aquilam, quæ signum ad pedes habet, a Monogrammate Christi Domini ☧ non absimile; Jovis vero Ammonis caput, parte Nummi in altera continetur.

b T. 2. pag. 595.

c Quod Siglis olim, ceu contractis junctisque litteris, in Nummis signare nomina consueverint Græci, id vel ipsa meridiane luce splendidius, in Tabulis Numismatum Græciæ universæ ostendit Goltzius; ac id postremo, post Montfauconium, Muratorium, aliosque, cl. Eduardus Corsinus, πολυμαθέστατος, nulli certe secundus, peculiare de Notis Græcorum Opere, exhaurisse videtur.

ſit cum Scaligero ; nihil moror . Quanvis fuerit Gretſero ; ſymbolum ceu Nota hæc ☧ tantundem viſa , ac Χρηστος , ſive *bonus*, *benignus*, propterea quod Ptolomæi , non abſimilia *Philometoris*, vel *Philadelphi* cognomina adfectavere ; minime nihilominus exploratum eſt Eruditis, eccui ſcilicet Ptolomæo adjudicandus ſit Nummus ille : imo , præ haud paucis, ea in Nota interpretanda , conjectationibus variis, diverſiſque , præſtantiorem , propriorem que fuiſſe cenſet Menckenius (a) opinionem eorum , qui memorata Nummi Nota ☧ (Græcas utpote litteras X & P connectente) nomen exprimi judicant Monetarii , qui *Chryſantus* fortaſſe , *Chryſippus*, *Chryſodorus* , vel tandem alio hujuſce generis nomine dictus eſt. Sed adridet præomnibus conjectura Bottarii (b), qui ſcite putat, quod in poſtica parte Nummi , cuſum primitus fuerit, ad Jovis fortaſſe ſymbolum , ſubſtans Aquilæ fulmen , quod uſu dein , temporiſque edacitate detritum , quandam Chriſti exhibuerit Monogrammatis formam ; nam poſt Ciampinum (c) fulmen , hoc ſane modo ☧ ad Chriſti Domini Monogrammatis ſpecimen exhibetur .

Si Baſnagius ergo in ejuſcemodi notione Numiſmatum, jam velut

Cæcus, *qui pulchri non cernit lumine Solis*

apertiſſime errat ; ecquone πεταμορφοσεως genere , is repente ſic linceus (ſi Deus volet) evaſit , ut in Iſidis , & Oſiridis baculis , omnium ipſe primus , rimatus ſit Chriſti Domini Monogramma ; quod , non Goropius Becanus , non Pignorius , non Boſius , non Caſalius , non Maſſæjus , non Kirkerus hinc tandem , aliique detexerint bene multi ; qui & Menſam Iſiacam , qui Obeliſcos , & Simulacra Ægyptiorum Numinum omnium contemplati ſunt inteatiſſime , ac frequenter ? Quoniam autem *lumen id* , *quod* in Baſnagio *eſt* , *tenebræ adhuc ſunt* ; manibus ſaltem ille , neceſſe erit obtrectet eoſdem ipſos , quos adfert nobis, Iſidis , ac Oſiridis baculos , ut ita ſane , non ibi

a In Diff. de Monog. c. 1. §. 11.
b *Romæ ſubter*. T. 1. p. 154.
c T. 11. *Vet. Monum*. Tab. XIX.

ibi aliud strui, discat, quam Crucem, vel *Tauticum Characterem* ⊤ quem pro Mundi elementorum, vitæque futuro symbolo, ac hyeroglyphico usurpantes Ægyptii, illum plerumque in Sacerdotum [a], Numinumque imaginum manibus adponendum duxere; ut ecce tibi in Urbana *Albana* Villa Ægyptiacum illud, canino capite Numen (Isidis ne, an Anubis?) in cujus vertice baculi, recta Crux, sive *figura Tautica* intuetur. Sane ipsi, quos pro se citat prædicatque Basnagius, Socrates [b] & Sozomenus, testes sunt rei hujus disertissimi; nam eorum uterque, literas seu characteres in Serapidani ruinis Templi repertos, *signo Crucis similes* extitisse, memoriæ commendarunt: imo Rufinus [c], qui præ Socrate, ac Sozomeno, Templi illius eversionem, adcuratiore narrationis filo recensset, idem, inquam, Rufinus, repertum inibi Ægyptiacum signum,

---

a Sacerdotis Ægyptiaci ansatam Crucem, sive Tauticum Caracterem, congestantis imago, apud Causeum (T. II. Mus. R. Tab. 44.) repræsentatur.

b Quamvis enim & Socrates (L. I. c. v.) & Sozomenus (L. v. c. IV.) diversa siquidem ratione rem descripserint adeo, ut Valesius in Adnotationibus ad Socratis Librum V., c. XVII., & ad Sozomeni Librum VII. c. XV. eosdem carpserit ambos, nec eos ideo, uti neque Suidam, Rufini mentem adsequutos esse putaverit; iidem tamen, litteras illas in Serapidani ruinis Templi repertas, *Crucis signo* quam similes extitisse fatentur.

c *Serapidis Thoracides* (ita namque Rufinus L. II. Hist. Eccles. c. XXII.) *ita abscissi sunt omnes*, (urgente ita Theophilo Alexandrino Episcopo, dum Serapidanum Templum illud, jussu Theodosii Augusti Ch. A. CCCLXXXXI. æquatum solo jam fuit) *ut ne vestigium vel nominis appellatio, aut ipsius, aut cujuslibet alterius Dæmonis remaneret, sed pro his, Crucis Dominicæ signum unusquisque depingeret*. SIGNUM HOC NOSTRUM DOMINICÆ CRUCIS *intra illas quas dicunt ἱερατικὰς*, i. e. Sacerdotales *litteras habere Ægyptii dicuntur, velut unum ex cæteris litterarum, quæ apud illos sunt elementis; cujus litteræ, seu vocabuli, hanc esse adserunt interpretationem, VITA VENTURA*. Sicque mirum nil ideo, si Romanorum peræque Imperatorum in Nummis (ut in illo præsertim Domitiani, quem ex Eliæ Brackemhoferri Museo, luci publicæ dedit Ultricus Obrectus) Crux ipsa etiam in *vitæ venturæ symbolum* cusa fuerit: nam ex quo in potestatem P. R. redacta fuit Ægyptus, jam Romani, Ægyptiorum fuere *Sacra*, ac Numina, quæ *Peregrina* vocabant, venerati; quemadmodum non unum hodie

ſignum , *noſtrum Dominicæ Crucis ſignum repræſentaſſe* fatetur. Sed piget, pudetque etiam hac de re cum Baſnagio diſceptare diutius; nam non tam aera lupinis diſtat, quam verum Chriſti Monogramma, a quovis omne, quod pro Chriſti Monogrammate, inſignis ipſe obtrudit vitiligator. Quum contra autem, non ſit ovum ovo ſimilius, quam Conſtantiniani Labari Monogramma, Monogrammatis formæ illi, quam ante ævum, ut vidimus, CONSTANTINI, Chriſtianis in monumentis conſuevit adponi; jam ipſum utique venerandi Chriſti nominis Monogramma, non prima, ſed nova quidem a CONSTANTINO ſua excœpit exordia; quippequum, Chriſtianorum primus Cæſarum omnium CONSTANTINUS, ſymbolum ſacrum illud, & in Labaro, & in Clypeis, in Galea, & in Nummis, novo cælavit more, digno propterea, quem & alii poſt ipſum Imperatores, Conſtantiniani exempli hujus pediſſequi, ſectarentur.

CAP. VI.

---

hodie in Urbe exſtat, vel aliud Idololatriæ, Religioniſque Ægyptiacæ monumentum; uti de Templo ab Antonino Imperatore, Serapidi, ſummo nimirum Ægyptiorum Numini, dedicato, teſtis utique adeſt, ejuſdem Templi, jam mutilus quidam Titulus, qui in noſtra nunc proſtat *Benedictinorum* MONTIS VIRGINIS *S. Agbatæ in Subura*, ad radices Quirinalis *Baſilicæ*: de cujus etiam Conſtantinianea ætate, ac Dedicatione ſolemni, a Divo olim Gregorio, pluribus illis (quæ Summus metipſe Pontifex III. Dialogorum enarrat) e cœlo ſignis peracta; necnon de ejus, tum præſtantia Abbatiæ, quam Clemens PP. VII. domicilio adhuc ſuo (cujus tantæ dignationis memoriæ, etiamnum in Cœnobii noſtri Ædibus ἀποπεφασμένως, ſe ſe produnt) condecoratam reliquit; tum de inſigni Abbatis ejus prærogativa & gradu, ut nimirum is Papæ, Pontificalia in Sacroſancta Laterana Baſilica peragenti, honoris loco adſtaret; tumque demum de ceteris ejuſdem inclytæ, ſacræ Ædis, nunc S. R. E. *Diaconiæ* privilegiis variis, pluribuſque, Martinellus, Ciampinus, Brancacius, Donatus, aliique locuntur.

C A P. V I.

U B I

Spectatam a CONSTANTINO in aere, ostensa simul cum Cruce, constabit esse Epigraphen EN TOYTΩ NIKA : *Sicque sermo jam indidem de hujus Lemmatis characterum quum genere ac figura vel forma, tumque positu demum, ceu scriptorio eorum ordine subnectetur.*

SED hinc tandem hujusmodi ad Epigraphen EN TOYTΩ NIKA, quam CONSTANTINUS in ei, sub dio, ostensa Cruce suspexit, progrediamur. Sane nobis (ut hujus usque ab Operis Anteloquio, jam præmonui) occurrit modo Fabricius, qui ludibrii ferme loco, receptissimam de istius in cœlo Lemmatis scriptione opinionem traducit; censetque ideo, non aliunde CONSTANTINO, futuram belli victoriam indicatam fuisse, ni ex quadam in cœlo visa, circa Crucem Corona (ea nimirum, quam Solis exhibet *Halo*, ad qnem ipse, ut dictum fuit, Frabricius, Constantinianam diurnam Crucis retulerat Visionem) nam in Corona, exploratissimum, inquit ille, sit cunctis,, quod hieroglyphicum, indexque porro victoriæ (a) demonstretur. Sicci-

(a) Quibusvis ferme compertissimum puto, quod Coronæ nimirum simbolo, *Triumphus*, *vel Victoria*, ex Militaris præsertim rei instituto consueverit exprimi, sic ut olim *Triumphi*, *Victoriæque* varietas ex diverso nonnisi genere Coronarum, quæ loco præmii tributæ erant Militibus, nosceretur. Qui liberos ab obsidione fecisset Cives, *Obsidionalem*, ex gramine, decerpto inde, ubi obsessio facta fuerat contextam, ceterarumque dignissimam accipiebat Coronam: qui Cive servato suo, hostem simul in prælio enecasset; ab eodem servato Cive, Corona *Civica*, e lignis primo, & e quercu subinde plexa donatus erat: qui primus, Urbis obsessæ murum ausus esset conscendere; *Muralem*, ob id Coronam, ex auro, murique in formam, pinnis, turribusque distinctam, comprehendebat: qui hostium primus Castra, pugnando introiisset; aurea itidem *Vallare*, ceu *Castrense*, in Valli compacta modum, redi-

Siccine in præceps abit, ruitque, ſemel admiſſus error? Quum hæc enim Epigraphe, adeo quidem in CONSTANTINI Viſione Crucis diurna, Divinum prorſus interceſſiſſe *Miraculum* patefaciat, ut hæc, vel ſola ad id abunde invictiſſimeque quibuslibet demonſtrandum, ſatis queat jam eſſe; eam iccirco, e medio tollere, ſibi duxit Fabricius, ne hac ſemel admiſſa, is procul dubio in CONSTANTINI diurno illo trophæi Crucis Oſtento, Divinum, verumque ideo confiteri miraculum cogeretur. Quid ita? Satagamus propterea nunc intererit, ut quando nos, diurnum illud trophæi Crucis Oſtentum, non jam Solis Haloni, ſed vero prorſus referendum eſſe Miraculo demonſtravimus; idipſum quoque de adjecta ad illiuſmodi Crucis ſignum Epigraphe EN TOYTΩ NIKA demonſtremus heic tandem, omniumque proinde primo, ea ſpectemus momenta, quibus hæc tota, quæ Bunemanni inhæſit animo, Fabriciana hypotheſis venditatur.

Quæ Euſebius (a) de Crucis ſigno, meridianis diei horis CONSTANTINO in aere adparente, ſcripſit ita *ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίȣ ὥρας ἤδη τῆς ἡμέρος ἀποκλινούσης αὐτοῖς ὀρθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν αὐτῷ ȣρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίȣ σαυροῦ τροπαιον ἐκ φωτος σιωισαμενον γραφήντε αὐτῷ λέγȣσαν* EN TOYTΩ NIKA *meridianis diei* (b) Soliſve *horis*, *Sole ſcilicet ad Occaſum vergente*

redimitus erat Corona: qui in hoſtilem vero Navem, armatus tranſiliiſſet; aurea etiam, cohoneſtatus erat Corona, quæ dici cœpit *Navalis*: qui hoſtem autem, inſigni quadam victoria perviciſſet mari; Coronam tum adhuc auream, quibuſdam, quaſi Navium diſtinctam roſtris, vocatamque *Roſtratram* capiebat; de quibus porro, aliiſque, vel lauro (de veteribus enim Chriſtianorum Militum Sertis, lauro, & Chriſti Domini Monogrammate ☧ inſignitis, vide Baronium ad C. A. 351. N. VII. tametſi Milites Chriſtiani, tributis ſibi ab Imperatoribus ethnicis, præmii loco, Coronis, haud uti ſolerent; quemadmodum ſub Antonino Caracalla, exemplo diſcimus Militis, cujus proinde laudes, Tertullianus L. *de Coron. Militis* proſequutus jam fuit) vel lauro, inquam, vel mirto, auroque textis Coronis, Livius, Suetonius, Plinius, Halicarnaſſeus, Silius Italicus, Feſtus, Gellius, Lipſius, pluresque jam tandem ceteri elocuntur.

a L. I. c. 28.

b Quamvis toto, qua latiſſime patet

te, ipsis oculis se vidisse (*CONSTANTINUS*) *adfirmavit in ipso cœlo superpositum Soli, Crucis trophæum ex luce conflatum, & scripturam in ipso dicentem IN HOC VINCE* : secus tamen

O Fa-

patet Græcanici oris Orbe Ἥλιος *Sol*, & Ἡμέρας *Dies* audire soleat quidem; non abs re tamen ego, in prædiata Eusebii versione, voci Ἥλιυ *Diei*, & vicissim Ἡμέρας *Solis* nomen appendi; quippe quum post Latinos, *Sol* pro *Die* (ut in subjecto Romano isthoc Ficoronii Marmore) usurpetur.

D. M.
TITIUS HIC SITUS EST
JULII BASSI BASSIANUS
ANNOS QUI VIXIT X
ET XIIII. SOLES
QUEM QUONIAM
MANES UT ALUMNUM
DI RAPUERUNT
NEC CALCARE VELIS
NEC GRABIS ESSE LOCO.

Si de hujusmodi Inscriptionis periocha ANNOS QUI VIXIT X. & XIIII. SOLES (i. e. Annos X., & dies XIIII.) summus ille audiri velit Ἀρχαιολόγος, quem jam laudavi, Mazochius (*De Ded. sub Asc.* p. 126.) *mira*, ait, *locutio. Laudarem si in versu ea circumlocutione usus esset. Nunc inter tres versus hoc mera prosa decurrit. Dicam, quod suspicer. Poetæ nostro, qui operam suam hæredi locaverat, postquam tres versus feliciter processerant; in illo secundo (quamvis cæso pluteo, & erosis unguibus) aqua infelicissime hæserat. Itaque tantisper, dum parturiretur, interim pro sigillo (quomodo fecisse interdum Virgilius in ejus vita dicitur) sive fulcro illud ANNOS QUI VIX. X. & XIIII. SOLES posuit, quod scilicet locutionis genus in versiculum includere statuerat. Deinde Vates sive infensus ob pretii vilitatem, sive (quod abominor) meditationi contentissimæ immortuus, sive quid aliud incidit; pessimo publico Opus infectum reliquit*. Quid in illius commentatione periochæ, vel aptius, vel festivius optaretur? At quando nos in hujuscemodi Inscriptionem incidimus, vellem (ni forte ravim nunc lectori incesserim) id, postremi, Elogii hujus *versus* occasione adtexere, quod verba nempe NEC GRABIS (i. e. *gravis*) ESSE LOCO, sollemnem illam pro Defunctis (quorum animos, si Terra eorum ossibus gravis esset, nimium angi, torquerique jam credidit Paganorum religio) præfeseferunt formulam *sit tibi terra levis*: uti præsertim in Gruteriano Thesauro (p. 685.) *te lapis*, legas, *obtestor, levis ut super ossa quiescas*: & (p. 977.) *oro ut præteriens dicas, sit tibi Terra levis.* Sed ne quid simile a Tibullo, Horatio, aliisque decerpam, præstabit addere, quod vetus nempe Monumentorum religio, istoc sibi (ut ex Gutherio L. *De Jure Manium* disces) vindicabat, *ut Monumenta, vepribus* (ne Terra, earum pondere, gravis esset cineribus Defunctorum) se-

Fabricius (a) in potiſſimum ſui illius præſidium adinventi, ſic Euſebium, eo de Crucis Oſtento, falſo tradit ſcripſiſſe συνῆφθαι γραφὴν λέγουσαν τούτῳ νίκα *adjunctam* (Crucis ſigno) *fuiſſe* PICTURAM INDICANTEM *in hoc*, *ipſi* (CONSTANTINO) *eſſe vincendum*: quam proinde adjunctam Cruci PICTURAM, Philoſtorgii auctoritate, Coronam fuiſſe tradit, cujus adſpectu, Auguſtus idem, ſua illa de aſſequenda contra hoſtem victoria, certus redditus eſt. Qua de re, in *deſcriptione ac imitatione ſigni viſi* (& ecce tibi quid Fabricii pediſſequus, Bunemannus (b) adjiciat) *fit expreſſe mentio Coronæ*, *quam alias CONSTANTINUS de ſuo addidiſſet*: *non vero expreſſa ſunt ibidem verba* EN TOYTΩ NIKA, *nec in fabricato Signo*, *ſive Labaro*, *apud Euſebium illa expreſſa leguntur*.

Quicunque erit, recentem hanc tum Fabricii, tum Bunemanni auditurus exegeſim, nimium dubito, quin is actutum reſponſurus ſit forte cum Auguſtino (c), nonne *& mira*, *ea ſunt quæ dicitis*, *nova ſunt quæ dicitis*, *falſa ſunt quæ dicitis*? Ac mirum certe non eſſe omnibus nequit, dum Fabricius luculentiſſimam adverſus ipſâm Euſebii, ea de Crucis Epigraphe narrationem; contra illam (quam is adhuc non rejicit) confeſſionem Arthemii, qui Apoſtatæ adſeruit Juliano, eas Lemmatis litteras, ſe & vidiſſe, & legiſſe cum CONSTANTINI *Exercitu*, *cujus multi tunc erant teſtes in Exercitu ſuo* (d); contra demum Nicephori, Socratis, Photii, aliorumque quamplurium teſtimonia, quæ circa Crucem CONSTANTINO in aere adparentem, hanc indubie memorant adparuiſſe

ſedulo purgarentur. Quare iis, quibus male volebant Veteres, *Terram gravem*, in more habebant precari, ac oneroſum ceſpitem, cippum, tumulumve, quo anima (quam Sepulcro, una ſuo cum corpore credebant condi) depreſſa, hoc illa modo, beatorum ad ſedes, tarde nonniſi ac ægre, potis eſſet efferri; quocirca Theſeus in Senecæ *Hippolyto*, ſic in Phædram invehitur.

..... *Iſtam terra defoſſam premat*
Graviſque tellus impio capiti incubet.

a In Diſſ. ante cit.
b In Not. ad Lact. Seg. II.
c Contr. Jul. L. III. c. 3.
d Releg. Not. p. XV. L. *a*.

se Epigraphen EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ; contra, inquam, hæc omnia, unus modo Fabricius, jam concinnatam fuisse negat circa fulgentem in cælo Crucem Epigraphen illiusmodi; & sola, quam ipse refert Philostorgii auctoritate, nescio quam, in visa Cruce, pro victoriæ futuræ symbolo adparuisse credit Coronam; quum idem tamen (Dei, & hominum fidem!) quum idem, ajo, quem adhibet Philostorgius [a], non ex Corona, sed ex adpositis ad Crucem visam Epigraphe EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ tunc indicatam Augusto illi, futuram belli victoriam jam fuisse, quam diserte testetur. Quis nova dein, prorsusque falsa non esse dixerit ea, quibus Fabricius, Eusebiana ad se pertrahere verba conatus maxime est? Silentio ut prætercam, quod exegesis hæc Fabricii, a Versionibus, Interpretibusque Eusebii quibuscunque abnormis eat omnino; res tamen ipsa, de qua modo nos agimus, me silere non finit, quod, dum nempe Fabricius ΓΡΑΦΙΝ *PICTURAM*, & ΛΕΓΟΥΣΑΝ *INDICANTEM* transponere non dubitavit, toto sic ipse cœlo, ab Eusebii ipsius mente, reique gestæ tum veritate, tum serie, elongatur. Sane demus, ac ultro itidem, citroque demus Fabricio, voce isthac ΓΡΑΦΙΝ *PICTURAM* exprimi posse: *cui* proinde id *bono*? Suone servire ita is poterit argumento? Minime omnium. Sed enim nec Fabricius ob id evincere, nec Bunemannus ob adlata Eusebii verborum exempla [b] alia (quibus ΓΡΑΦΙΝ *PICTURA* itidem audit, ac *IMAGO*) probare quiverit

O 2

a Sermonem utique Philostorgius (L. 1. c. 6.) de Constantini Visione instituens, adparuisse in cœlo, ait *το τῷ ςαυρῷ κτ̄ ανατολας επὶ μήκιςον διῆκον, αιγλῃς αὐτὴν καταπληκτικῆς κ̀ ἀςέρων αὐτον κυκλῳ περιθεόντων ἴριδος τρόπῳ, κ̀ πρὸς γραμματων χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων τῷ δὲ ἄρα ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ* EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ *Crucis signum in Oriente longissime protensum, luce quadam admirabili, eam depingentibus, & undique circa eam currentibus Stellis instar Arcus, & litterarum formam exprimentibus. Porro litteræ, latino sermone hæc verba designabant IN HOC VINCE*. Sed istiusmodi de visis Stellis narratio, alibi explodetur.

b Ex Lib. præsertim VIII. Hist. Eccl. c. 13., ubi scilicet de Herculii Imaginibus, picturisque subversis Eusebius loquitur.

verit aliud, ni quod ΓΡΑΦΙΝ apud Græcos, nunc *PICTURA* profecto valeat, nunc *SCRIPTURA* transverti, perinde ac post Latinos, tam *PICTURA*, quam *SCRIPTURA* alternant (a) frequenter. Quum hinc itaque Eusebius, re quidem vera adparuisse in cœlo adserat circa Crucem ΓΡΑΦΙΝ, quam (b) Fabricius, ac Bunemannus reddidere *PICTURAM*, jam *PICTURÆ* istius nomine, non Halonis (ut volunt ipsi) Corona, de qua nulla in Eusebio vola inest, vel vocula, verum metipsa literarum Epigraphes ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ intelligenda erit *PICTURA*; maxime adhuc, quia *scribere*, idipsum sit procul dubio, *ac litteras pingere*, quemadmodum vel *pueri norunt*, *& qui nondum ære lavantur*. Quis non falsi subinde insimulabit Fabricium, dum Eusebii vocem alteram ΛΕΓΟΥΣΑΝ, non *DICENTEM* is reddit, sed *INDICANTEM*? Scire enim, vel debet ipse, qui græce sapit Fabricius, quod nempe λεγω *dico*, cum δεικνυμι *indico*, nusquam Græci confundant, & tantundem post ipsos, λεγω distat ab δεικνυμι, vel εκφερω, quantum *dicere* ab *indicare*, post Latinos jam abest: quæ quum ita omnino esse, nemo unus negabit; perevidens erit ergo, quod nequaquam Eusebius *ADJUNCTAM* fuisse dixerit adparenti in aere Crucis Signo *PICTURAM INDICANTEM in hoc esse vincendum*; sed CONSTANTINUM, eo cum Crucis Trophæo, spectasse simul *SCRIPTURAM DICENTEM* IN HOC VINCE; quæ quidem *literæ*, *sive verba*, *visa*, *lectaque* eo temporis a CONSTANTINO ipso fuere, ut scite Nurrius tandem (c), cum Eusebii Commentatoribus, Interpretibusque quamplurimis confitetur.

Quam procul autem, vel a veri similitudine Bunemannus

---

a *Scribere* enim pro *pingere* usurpat Tullius (ad Atticum L. 4.) & *pingere* vicissim pro *scribere* habet Plinius de Nicomacho Pictore inquiens quod *scripsit* (idest pinxit) *Apollinem & Dianam Deumque Matrem in leone sedentem*: atque alia in id genus, post Latinos Scriptores alios exhibentur.

b Loc. ante cit.

c Bibl. PP. pag. 188., & in his quæ sequuntur.

nus abludat, dum Coronam cum Cruce a CONSTANTINO ſpectatam, ait, in cœlo, propterea quod in Euſebii *deſcriptione* [a] *Signi viſi* (verius tamen is dixiſſet *Labari*, quod ectypon referebat *Signi viſi*) *ſit expreſſa mentio Coronæ*; *quam alias CONSTANTINUS de ſuo addidiſſet, niſi in cœlo expreſſam vidiſſet*. Quam id ſcilicet provide, ac ſolerter! Eccurne adparuiſſe non ille dixit in cœlo tam CONSTANTINI, quam filiorum ejus Imagines, quippe quum in ipſa adhuc Euſebii *deſcriptione Signi viſi*, vel Labari, earundem profecto Imaginum *expreſſe mentio ſit*; *quas alias CONSTANTINUS de ſuo addidiſſet, niſi in cœlo expreſſas vidiſſet*, ut Bunemannus effatur? Sed nunc dicam perpaucis, quid rei eſt. Quod Militaria olim Signa, vel una fuerint, vel pluribus exornata Coronis, id, & frequenti Scriptorum teſtimonio [b], & paſſim obviis, qua inſculptis, qua pictis Vexillorum illiuſmodi monumentis [c], tritius modo ſit, quam ut diutule, eo in oſtendendo commoremur. Sed quod Magnus Auguſtus ille Coronam quippe in Labaro, ad Militarium horumce formam Signorum, non ad præhabitæ Viſionis exemplum, concinnaverit, uno, præ aliis, (quæ hanc in rem adferre valerem multa) monumentorum exemplis, uno, inquam patebit Juliani Apoſtatæ Nummo

---

a Vide ſis pag. CVI.

b Si tot præ aliis, qua Nummographis, qua Ἀρχαιολόγοις, ipſaque porro de militari re pertractantibus, ſpectare lubeat Lipſium, Grevium, vel Polenum, non certe paucula occurrent indidem Signorum veterum ſchemata, quæ nunc una, nunc pluribus, nunc æqualibus, imparibuſque ſunt tandem exornata Coronis, in quorum plerumque medio, vel Dei cujuſdam repoſta nitet imago, aut Aquilæ etiam, eorum ſupra peripheriam effigies intuetur.

c Quorum certe millena in marmoribus, parietinis, metallis, heic occurrunt in Urbe: imo quæ hodie, in eo uno, de quo alibi diximus Conſtantini Arcu ſuperſunt eorundem Signorum veterum, Coronis utique inſtructorum figuræ, luculentiſſimum hanc in rem noſtram teſtimonium prodere ac perenna e videntur.

mo (a) in quo disjectum defædatumque, necnon ad pristinam Romanorum Signorum formam, Constantinianum repræsentatum est Labarum, quod, uti vides, tametsi Cruce, & Monogrammate Christi Domini, ab scelestissimo eo Cæsare destitutum adpareat; Corona tamen in apice, uti jam antea in CONSTANTINI metipso steterat Labaro, insignitur.



Si primo autem CONSTANTINI in Labaro, tametsi ad visi Signi, imitationem constructo, hæc non fuerit Epigraphe EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ; jam non ideo, hanc in cœlo cum Cruce spectatam minime esse (perinde ac falso infert Bunemannus) potis eris inferre; propterea, quod

a Satis dictum est antea, quod Constantini nimirum illud, Cruce Christi, & Monogramma te insignitum Labarum, Julianus iste παραβάτης, ob suum in Christi Crucem, nomenque illius odium perdite defœdavit; atque Crucis & Monogrammatis Christi loco, aut hastas, ancilia, vel Imaginem aptavit suam, quæ in dextero Nummi hujus (a Baronio ad C.A.362.N.xxx. comportati) repræsentata fuit in Labaro, ubi tandem detrita; aut Isidis ipse struxit insignia, ceu *Lotbum*, ac *Aspidem*, uti sinistro ejusdem Nummi factum vides in Labaro (aliud enim post Baronium ibidem exstat Nusmisma, in quo idem Apostata Julianus, Serapidis quidem vultu, Serapidanum in capite gerit *Modium*, & a sinistris, effigies ei inhæret Isidis, Aspidum Serto ornatæ) aut Aquilam denique, præcipuum Militiæ Romanæ signum, ibi positam voluit, prout ipsius in Nummi medio, Labarum cum superposita Coronæ Aquila, intuetur.

quod CONSTANTINO, Christi Crucem, & Monogramma, non Epigraphen illiusmodi suo committere Labaro jussum est. Quid? Ennume illiusmodi cum Epigraphe, supersunt nunc in probatissimis Christianorum veterum monumentis, Constantiniani Labari schemata? Nam ecce tibi fictilis illa, de qua locutum est antea, unilychnis Lucerna [a], cujus in medio, CONSTANTINI profecto repræsentatum est Labarum, ubi Epigraphe EN TOYTΩ NIKA in ejus Labari syparo exaratur.



Quam adposite (si Deus volet) novis in nos assultibus prodibit modo Fabricius, qui ne adpictas huic Labaro litteras EN TOYTΩ NIKA ad Visionem hinc referat CONSTANTINI; litteras adhuc ipsas, scribi, ait consuevisse, nunc Librorum [b] in frontibus (ut in Codicibus

---

a Vid. pag. XXVIII.

b Si ipsissima fortasse velis audire verba Fabricii, *neque*, is ait, „ *aliam* originem habet virorum „ quorundam doctorum error sane „ festivus, qui Scriptorem Græcum „ Magni Etymologici *Nicam* appel„ lant, nomen inter Grammaticos „ veteris Græcos admodum inco„ gnitum. Cum in fronte Codicis, „ qui fuit apud Angelum Politia„ num, appictum esset Labarum „ verbis ἐν τούτῳ νίκα, literis ἐν τȣτῳ, „ ex altera parte detritis ac deletis, „ hæ

bus eo ab ipso relatis, uno nempe post Angelum Politianum, post Montfauconium altero; necnon in Græco, quod is indidem memorat, Etymologico NIKA, ubi deletis in ejus Operis titulo præmissis verbis EN TOYTΩ, solum NIKA superfuit) nunc in lusoribus vulgarioribus Tabulis (prout in ea, quam ex Grutero [a] is citat, in qua litteræ adjacent IC XC NIKA *JESUS CHRISTUS VINCE*) tametsi nulla in rebus hisce, vel CONSTANTINI Visionis recentio, aut eandem ad Visionem allusio designetur.

Sed nonne ita Fabricius, *asciam* (cum Appulejo nunc

„ hæ quæ supererant νίκα, egregiam istam de auctore Libri *Nica* „ conjecturam viris præstantissimis „ suppeditarunt, ut ex Emerico „ Bigotio, quem IS. Vossius hoc docuerat, accepisse se refert Egidius „ Menagius C. LXXVI. Anti-Bailleti. In vetusto Codice Scriptorum, laudati Nanzianzeni, similem inscriptionem notasse se testatus est Montfauconius V. C. „ pag. 251. Palæograph. Græcæ „ Eccurnon potius iis in Libris inscri, ptum putat Fabricius ἐν Χριςῷ νίκα ut vulgatissima fuere illa (de quibus mox erit sermo) Christianorum veterum Lemmata? Sed adhuc ultro, citroque demus Fabricio, ipsis in omnibus, quos recenset Codicibus, Lemma id inhæsisse ἐν τȣτῷ νίκα; non inde tamen is potis erit inferre, quod in Labaris itidem, religionis fortasse caussa, non ob visam a Constantino in aere cum Crucis signo Epigraphen, in more fuerit inscribi ἐν τȣτῷ νίκα: nam si nequaquam ante tempora Constantini, neque in aliis, quam solis prorsus Constantinianis in Labaris ea extat Epigraphe; nemo ob id non videt quod hæc cæperit ideo usurpari, ut Constantinianæ nonnisi Visionis Epigraphe imitaretur.

a Spectari itaque post Gruterum (T. 11. p. M. XXX.) isthæc poterit Tabula, quam Salmasius (in Vopisci Proculo) fuisse putat lusoriam; ubi, præ signis, verbisque circumpositis aliis, medium tenet Crux recta, cujus suprema ad latera, IC XC *JESVS CHRISTVS*, ad ima vero sunt litteræ NI KA *VINCE*.



Quare idem Salmasius, *impie*, ab homine Christiano factum ait, ut ibi jam, nomen Christi, perinde ac adjutoris ludentium scriberetur. Quid mirum autem, si in lusoria istiusmodi Tabula, Christi Divinum nomen, seu JESUS CHRISTUS VINCE inscriptum sit? certo quum constet, quod eo usque Christianorum quorumdam creverit veterum osci-

nunc dicerem) *cruribus sponte suis illidit*, quum ex iisdem ab ipso ductis exemplis, trahi consequens posset, quod fama nempe de CONSTANTINI Visionis Epigraphe EN TOYTΩ NIKA longe lateque adeo percrebuerit post omnes, ut in Libris, rebusve aliis, cujusdam ferme boni ominis loco, inscriberetur ? Sibi autem seipsum reddat Fabricius ; & in illius, qua pollet doctrinæ penu, id introspiciat velim, quod Christi nempe Fideles, vel ipsam ante CONSTANTINI ætatem, nonnulla sacra, Christi plerumque digesta nomine, Lemmata, ut in CHRISTO, vel DEO VINCAS, FLOREAS, VIVAS, GAVDEAS (a) aliudve quid simile, ad *victoriam*, *vitam*,

P ad

oscitantia, ut Sepulcralibus eorumdem in Titulis, *Deorum* occurrat *Manium* invocatio; juxta ac in subjecta Kircheriani Musei Inscriptione (quam Antonius Lupus, in Dissertatione ad Epitaphium S. Severinæ pag. 105. egregie illustravit) recensetur.

DIS MANIBVS PRINCI
PIO FILIO DVLCISSIMO SVO PO
SVIT QVI VIXIT ANNIS VI DIES
XXVII. IN PACAE *sic*

Summæ ideo potius incogitantiæ, quam impietatis, cum Salmasio notandus erit jam ille, qui in lusoria ea Tabula, Christi nomen inscripsit; prout inconsulte magis, quam impie, eo extat in lapide *Manium* invocatio; tametsi isthæc *poetico* quandoque *Stylo*, ut in lapidibus Gruterianis (p. MLVIII. & MLXI.7.) occurrit, usurpetur. Sed anne ἀπροσδιονυσὸς hæc tractatio est? Ergo ut unde processit primum, ibi recidat sermo, concludamus heic velim, quod non sic æra lupinis distant, quantum illa Constantinianæ Visionis Epigraphe EN TOYTΩ NIKA illis distat ab verbis $\overline{\text{IC}}$ $\overline{\text{XC}}$ $\overline{\text{NI}}$ $\overline{\text{KA}}$ JESUS CHRISTUS VINCE, quæ in lusoria ea Tabula, quam objecit Fabricius, continentur.

a Quo assidue in veterum Christianorum *Amuletis*, *Sigillis*, *Tesseris*, *Anulis*, *Sepulcris*, *Lucernis*, monu-

ad fausta ac bona omnia adprecanda usurparint frequenter. Quovis ergo abs dubio, is cœlum terræ dicendus est commiscere, qui istiusmodi Christianorum veterum Lemmata, cum CONSTANTINI confundat Visionis Epigraphe EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ: enim vero, si omnes ii, quos nos adversus opponunt, Albertus nempe Stadensis [a], a Bunemanno laudatus, omnesque ceteri, a Fabricio recensiti Scriptores, jam CONSTANTINO, in noctis Visu, dictum narrant fuisse IN HAC (Cruce) VINCE; nunc ipsi quidem pro nobis, testes sunt disertissimi, quod

numentisque eorum aliis, isthæc Lemmata sint; jam abunde, ac multifariam spectare potes in Sponio (Miscellan. pag. 297.) Molineto (Musæ. pag. 3.) Bonarotio (*Frag. Vitr.* p. 166.) ceterisque: at non inutile erit tamen, perpauca quædam adferre, rei hujus exempla; ut ecce tibi apud Boldettum (L. I. c. XXIX. pag. 140.) Epigraphe OLYMPIODORE VIVAS IN DEO ☧: & post Fabrettum (C. VIII. N. XCV. p. 585.) quædam prostat, pueruli, *Victoriæve* imago, quæ ambabus sustollit manibus Lemma, quod ὁλογραμμάτως datur.

VIVAS
VINCAS

Superest alia, in Kalendarii, de quo alibi diximus, Lambeciani fronte non absimilis Tabula, quæ hunc ad modum habetur.

VALENTINE VIVAS FLOREAS
VALENTINE VIVAS GAVDEAS

Atque alia tandem, in memorato Kircheriano Museo, ætatem ducit Inscriptio, quæ, mox adhuc adfertur.

ERMAISCE . LVX . VI
VIS . IN . DEO . DOMINO
CHRISTO . ANNORVM . X.
MENSIVM . SEPTEM

a *Crux est ostensa* (ita ad Ann. CCCXVIII. is ait) *Constantino adhuc Pagano, in somnis, ubi & audivit: Constantine IN HAC VINCE.*

quod ubi scilicet CONSTANTINI Visionis monumenta illud exhibent Lemma EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ; id, cum adductis a Fabricio sacrorum Lemmatum, vel Adclamationum exemplis, nil commune præsetulit, sed ad acceptum a CONSTANTINO vincendi hostis Oraculum apprime refertur. Quod Sozomenus vero, memoratique, a nobis ante Sctiptores, dictum noctu putarint CONSTANTINO fuisse EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ; quidne, rogo, in nos mali, aut Herculei ferme nodi, quid est? Supervacaneum fuerat ne, an non potius peropportunum, necessumve quam maxime, ut CONSTANTINO, qui post visam in die, cum eo Lemmate Crucem, diu multumque, quidnam illud tunc temporis sibi vellet Ostentum, pervolutaverat animo; CONSTANTINO, ajebam illi, idipsum Lemma, quod is intuitus in cœlo fuerat interdiu, iterum adhuc in subsequuta Visione Crucis nocturna, ad illum utique in Crucis Christi religionem firmandum, vivæ vocis Oraculo repeteretur? Quantumvis ergo Sozomenus, Veteresque cum ipso alii, de hisce litteris EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ in Visione diurna Crucis a CONSTANTINO inspectis perlectisque tacuerint; hoc ab silentio, nec Fabricius, vel Bunemannus, nec sane Brentius (a) Basnagiusque (b) valebunt tandem inferre, quod hæ scilicet litteræ, nusquam in cœlo, Crucis simul cum Signo adparuerint sub die: Nam si hoc ab silentio, quicquam fortasse, vel levioris negocii nobis fiet; id, pessumdabit, perdetque illico, conferta nubes Scriptorum, quos ipse itidem probat, recitatque Fabricius; quippe quum, non idem modo, quem nos contra is protulit, Philostorgius (c), sed & vetustum Paschale Chronicon (d) Gyzicenus (e), Nicephorus, Concilii Nicæni Acta (quæ

P 2 ex

---

a In c. v. Epist. ad Galat.
b In Annal. T. 1 1.
c Loc. ante cit.
d De quo (p. XVII. L. a) injecta mentio est.
e In Hist. Concil. Nic. I. C. IV.

ex Codice Regis Chriſtianiſſimi, Photius [a], & Combefiſius [b] edidere) necnon Suidas [c] Nicephorus [d] Cedrenus [e] Socrates [f] Engelhuſius [g] Zonaras [h] ipſique demum Centuriatores [i] aliique adſunt perplurimi, qui CONSTANTINUM, viſa ſimul cum Cruce, eandem tradunt in aere tunc inſpexiſſe Epigraphen EN TOYTΩ NIKA. Quid ad iſta Fabricius? Quiveritne, viſum iſthoc in cœlo Lemma, tam abunde, tam nitide, tamque omnium ferme temporum, Scriptorumque conſentione teſtatum, ludibrii loco habere, ridendiſque propemodum cum gerris illis conferre, quæ de cœleſti, ac naturali, ut inquiunt, *Alphabeto* traduntur? Sed ipſe nunc, ipſe profecto nunc Judex ſedeat, Arbiterque tandem Fabricius, & uti ea, quæ apud Gaffarellum, de naturali, cœleſti illo *Alphabeto* ſunt tradita, jure is quidem, *nugivendulorum gerris* adjudicat, amandatque; ſic de ſua non minus falſa, contra viſam ſub cœlo a CONSTANTINO Epigraphen EN TOYTΩ NIKA, recenti prorſus hypotheſi, de hac, ajebam, nedum ſollemne, vetus illud pronunciet NON LIQVERE, ſed ipſam porro, *nugivendulorum* peræque *gerris* (pace ſua id dixerim) adjudicari jam ſinat; uti hanc ipſam, & Scriptorum, quos protuli, teſtimonia, & probatiſſima Antiquitatis cimelia adjudicare videntur.

Quum ergo affatim probatum fuerit hucuſque, quod in Cruce nimirum illa, CONSTANTINO interdiu adparente, hæc viſa fuerit Epigraphe EN TOYTΩ NIKA; poſtremo hinc reſtat loco, ut de ejuſdem inſcriptionis Cha-

a Cod. CCLVI.
b In Hiſtor. Monothelit. p.576.
c V. Μαξεντιος.
d Lib. VIII. c. 3.
e In Annalib.
f L. 1. c. 1.
g In Chron. p. 63.
h In *Conſtantino*.

i Quibus omnino, veluti ſuæ communionis hominibus fidem dabit Fabricius, dum diſertis iidem verbis, *monuerat*, ajunt, (Centur. IV. c. 14.) *Deus Conſtantinum per Signum Crucis & litteras additas* IN HOC VINCE.

Characterum quum genere atque forma, tumque positu demum, vel scriptorio eorum ordine differatur.

Quamvis ex eo, quem paullo ante exhibui, Lucernæ veteris ectypo, luce pateat clarius, quod visi hujus cum Cruce Lemmatis litteræ, Græcæ fuerint omnino; opinio nihilominus rejicienda erit Gretseri [a], qui CONSTANTINUM, non græce EN TOYTΩ NIKA, sed latine IN HOC VINCE in Cruce putat legisse, testimonio Zonaræ [b], ac Nicephori [c], qui cum visa in cœlo Cruce, adparuisse ajunt, *scripturam, e Stellis æqualibus in Romanarum, ceu Latinarum litterarum figuram expressis, quæ CONSTANTINO clare IN HOC VINCE ostendebant*. Quod ipsis ergo, pomeridianis diei horis, quando Crux nempe visa fuit in cœlo, jam Stellæ indidem, uti Zonaras, ac Nicephorus narravere, eodem Solis in jubare, nedum distingui, sed & latinas valerent ibi, Romanasve præferre litteras IN HOC VINCE; id, etsi unus nonnisi *credat Judæus Apella, sed non ego*; non isthæc tamen, sola quidem est ratio, ob quam Zonaras, ac Nicephorus, falsitate notentur. Quæ sit in re Historica, anterioris Scriptorum ævi, supra Scriptores posteros, auctoritatis, atque fidei ratio, nemo nesciet unus: quone itaque pacto, visam illam cum Cruce Epigraphen, latinis nonnisi litteris, ex Zonaræ, ac Nicephori testimonio, fuisse credas compactam, quum omnes Zonaræ, ac Nicephori tam sequiores, quam antævi Scriptores, non latialibus, sed græcis in cœlo litteris, prænuntiatam fuisse narrent victoriam CONSTANTINO? At rem intrinseca, ut amant loqui, ratione scrutemur. Quorsumne Imperatori ei Magno, facundiæ græcæ viro, id latinarum, Romanarumve litterarum Emblema? Quia, inquies, illo id ab Augusto, Romanisque ab suis visum fuit Militibus pone Rômam. Quid ita? Sane adeo in Urbe ipsa, ac Latio, vel eam ante CON-

a De Cruc. T. I. L. II. c. XXXVII. c L. VII. c. 19.
b In *Constantin.*

CONSTANTINI ætatem,& græcus fermo,& litteræ invaluerant in vulgus, ut exprobatum exinde fuerit Romanis, *omnia græce* [a], *quum turpius fit nefcire latine*. Supereft itaque, quum res ita nunc fit, ut CONSTANTINUS in ei exhibita in cœlo Cruce, non latine IN HOC VINCE, verum græce EN TOYTΩ NIKA infcriptum effe profpexerit; ni tandem dicere fortaffe velis, has adhuc litteras EN TOYTΩ NIKA, latinas poffe, ceu Romanas vocari,quia una excepta Ω, litteræ omnes ceteræ, jam latinarum, Romanarumve litterarum in numero continentur.

Sed ad finem hinc properans, non plura ideo de litterarum illius Lemmatis five forma, vel pofitu, five ordine fcriptorio commentabor. Si Arthemium [b], Oftenti hujus infpectorem audieris; litteras illas, *aureum* plane colorem exhibuiffe accipies: & dum Pafchali fubinde Chronico [c] fidem præbeas; litteras illas *in medio & infima Crucis parte* repræfentatas fuiffe fcias, in aere CONSTANTINO. Quam longe autem a vero errat Sylburgius [d], qui, Suidæ [e] teftimonio, haud aliam a CONSTANTINO fpectatam ait in aere effe Crucem, ni Græcam ipfam, in Crucis modum concinnatam Epigraphen EN TOYTΩ NIKA prout inferne notatur.

EN
TOYTΩ
NI
KA

Sylburgii ergo falfitas, ex ipfius Suidæ verbis, cuique pa-

a Sic profecto Juvenalis (Saty. 6.) ajebat; & Cicero (orat. pro Arch.) *Græca, ubi vis legi, latinam autem linguam, fuis finibus exiguis contineri* effatur.

b *Signum Crucis adparuit* (is ajebat Arthemius) *radiis Solis fplendidius, litteris AVREIS, belli fignificans victoriam*: aft vide ea, quæ p. xv., hac de re dicebantur.

c Quod, juxta Cangii Editionem φωθηδῶν, habet, ἐν τῷ οὐρανῷ σημεῖον, τῷ ϛαυρῷ μέσων καὶ ὑποκάτω διὰ φωτοειδῶν γραμμάτων ταῦτα EN TOYTΩ NIKA καὶ ϛαυρώματα, *fulgens in cælo Crucis fignum adparuit, in cujus media & infima parte fulgidis & manifeftis characteribus fcriptum erat IN HOC VINCE*.

d Ad Suidæ Collectan.

e V. Μαξέντιος.

palam occurrit; quippe quum disertissime, ac ὁλογραμμάτως, idem narret Suidas [a], quod CONSTANTINUS εἶδεν ἐν τῳ ὀρανῷ συλον πυρὸς ϛαυροειδῶς (non ϛροφειδως ut male vertit Sylburgius) γράφοντα ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ, *vidit*, nempe, *in cœlo, lucis Columnam, Crucis forma scribentem* IN HOC VINCE. Scriptura itaque in quadam Crucis *Columna*, haud scriptura, *Columnam* referens Crucis (prout inepte Sylburgius, verba torquet Suidæ) a CONSTANTINO est visa: maxime adhuc, quia & Zonaras, quem in suas vocavit partes Sylburgius, *Columnam* illam, de qua scribit Suidas, τυπον ϛαυρικὸν vocat; & hæc in Crucis digesta formam, scriptura, nec in veteribus expressa est monumentis, nec ex variis, receptis olim scriptoriæ artis [b] generibus universis, modus patuit unquam, quo nimirum scriptura, ad rectæ Crucis figuram (ad quam Sylburgius, characteres putavit Constantinianæ Epigraphes con-

a Quod plane idem testatum exhibet Socrates qui (L. 1. c. 1.) Constantinum, συλον, ait, φοτὸς ϛαυροειδῆ *Columnam*, nempe, *ad modum Crucis*, aut *Crucem ad Columnæ modum* effictam, conformatamque perspexisse fatetur.

b Scriptoria vetus ars (quam Huvetium, Natalem, Gravesonium, aliosque cum Eusebio, non e re quidem, uno primum a Moyse arcessisse, alio ipse in Opere demonstrabo) ars, ajebam, scriptoria, modos habuit quatuor. A dextera sinistrorsum pergit primus, qualem in Oriente, teste Herodoto (*in Euterpe*) Hebræi præsertim, Chaldæi, Syri, Arabes & Ægyptii in more habent; & eo olim in Occidente perusos esse Etruscos, ex Engubina ea Tabula, quam edisserit Baldus, comprobatur. A sinistra dextrorsum procedit alius, qui, Europæis non modo, quam Armenis, Georgianis ac Æthiopibus in usu est. Tertium, qui Græcorum antiquissimis (post Alexandri fortasse tempora) patuit, Βυϛροφηδον appellant, quia ita scriptura ad modum *versuræ Bovum*, est acta, ut ibi *versus* a dextera, ad oram paginæ levam pervenisset, ipse statim dextrorsum, ab eo nempe qui ibi primum se offert loco, devergeret, & una inde dextrorsum confecta linea, sinistrorsum recurreret rursus alia: atque hoc sane modo, Solonis Leges (ut ex Pausania *Eliacor. prio.* exque Didymo, ac Euphrorione, quos citat Vossius L. 1. Gramm. c. 36. disertissime patet) exaratę fuere; modumque ipsum Hebręi, si fides Nauclero constet, ad tempora

conformatos fuiſſe) adpingeretur. Quid amplius inde, tandem, de ADPARENTIS MAGNO CONSTANTINO CRUCIS HISTORIA, vel dictu, ſcituque reliquum uſquehactenus eſt? Si quæ ergo huc reciderent alia,

Prætereo [a], *& aliis poſt me memoranda relinquo.*

Quocirca *præſentis tantum rei fine contentus ſum* [b]; nam, *ſiquid deſit Operi, ſupplet ætas* [c]; *&, ſiquæ minus exacte, juveniliterque dicta ſunt, pro indole accipientur.*

F I N I S.

INDEX

---

pora uſque Eſdræ, qui ſiniſtrorſum eos ſcribere docuit, adhibuere; & eodem peræque modo uſos ſcimus fuiſſe vetuſtiores Romanos; unde T. Quintus Atta, *vertamus*, inquit, *vomerem in ceram, mucroneque aremus oſſeo*: quamobrem, communis illa obtinuit latina phraſis, *exarare litteras, & lineas*, nam *verſus* (Iſidorus ajebat *Orig.* L.VI. c. 13.) *ita vocati, quia ſic ſcribebant Antiqui, ſicut terra aratur.* Quartus (quem Ταχοπον, quaſi χαμαίπορον, *ſcribendi genus* univerſim dixere) ita, denique tranſit, ut a ſummo nimirum paginæ (falſo enim Gyraldus in *Dialog.* 1. *de Poet. Hiſtor. Tapecon* vel *Tacopon*, pro ſiniſtrorſum ſcribendi genere ſumit) ad imum uſque declinat; qua quidem forma, in Auſtrali Oceano, Taprobanæ ſcripſerunt incolę, Diodoro teſtante, Siculo, qui (L.II. verſ.finem) γράφουσι de illis refert, δὲ τοὺς στίχους οὐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκτείνοντες, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ᾽ ἄνωθεν κάτω καταγράφοντες εἰς ὀρθὸν, *ſcribunt verſus, non eos in tranſverſum extendentes, uti nos, ſed a ſummo eos in imum recta diducendo.* Somnium itaque exiſtimandum erit Sylburgii, dum Conſtantinum illum Magnum, litteras haſce EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ ad Crucis nonniſi formam compoſitas, vidiſſe, ait, in Cœlo; quum nulla jam, e ſcribendi generibus univerſis, ſcripturę pateat forma, qua nempe litterę ad Crucis adhuc imaginem ſinuentur.

a Virg. Georg. IV.
b S. Hier. Ep. 49.
c Quintil. *Inſtit. Orat.* L. II. c. VI.

INDEX

UBI

RERUM VERBORUM SCRIPTORUMQUE

Qui hoc sparsim restituti, laudati, notative sunt Opere Aanacephaleosis, aliena manu contexitur.

A

B

D

E

rio

Men-

N

O

P

Q

R

S

Vota

X

Z

F I N I S.

REFINGENDA.

Pag. III. N. a. l. 5. Romamanus, *cor.* Romanus. p. v. l. 13. *ommium*, cor. *omnium*. p. VIII. l. 5. ryrannide, *cor.* tyrannide. p. IX. in Inscript. Græv. & in subjecta ibi alter., dele punct. in fin. verf. pg. XX. N. a. l. 20. M. Antonianum, *cor.* M. Antoninum. p. XXIV. circa fin. N. c. *Titana laceffit*, del. punct. p. XXV. N. b. l. 4. CPolitarum, *cor.* CPolitanorum. p. XXXII. l. 4. in N. peffumdedideranr, *cor.* peffumdederant. p. XXXV. l. 20. in N. a ligneis, *cor.* lineis. p. XLIII. l. 7. nullus, *cor.* ullus. p. LX. l. 4. fplendite, *cor.* fplendide. p. XCIX. l. 13. *furore*, *del.* punct. *in fin.* Ibid. in N. c. l. 4. meridiane, *cor.* meridiana. Ibidemque l. 11. exhauriffe, *cor.* exhauffiffe. p. c. l. 22. *lumine*, cor. *lumina*. Pag. CI. in N. c. l. 4. ita, *cor.* id. p. CII. l. 3. diftat, *cor.* diftant. p. CIX. l. 1. abludat, *cor.* abludit. Ibid. N. b. l. 4. Lipfium, Grevium, *cor.* Lipfium, Grævium. Ibid. l. 11. vel Dei cujufdam, *adde* Imperatoris, vel Dei cujufdam. Ibid. N. c. l. 6. Cononis, *cor.* Coronis. p. CX. N. a. l. 3. Monogramma te, *cor.* Monogrammate. p. CXX. l. 3. fcituque, *cor.* fcituve. Ibid. l. 20. in N. declinat, *cor.* declinet. In *Indice* ad lit. A l. 11. poft *Conftantino* adde. p. LXVIII. & ad fuum deinde locum repone *Auguftalis Præfectus, quis?* p. XV. Ad lit. G. l. 2. *edibus*, cor. *Ædibus*. Ad lit. I. l. 19. *Conftantinum*, cor. *Conftantinianum*. Ad lit. L l. 23. refcrib. *Lotos Ifcli fac.* Quoad græcas vero litteras *refcribe* p. XIX. ad C. III. l. 4. φαινόμενον, ac idem redde p. LIII. l. 19. & 29., ac p. LXVI. l. 22. p. IXI. in N. l. 8. γενικῶς. p. XIII. l. 9. καθ᾽ ἑκατον. Ibid. l. 20. θεοσημία τὶς ἐπιφαίνεται. l. 21. ἀποδέξασθαι. l. 23. μακρὸς. p. 14. l. 19. καλοκαγαθία. p. XIX. l. 45. σαυρόμαχοι. p. XLIX. l. 15. ἀρνητικοῖς. p. LXXV. l. 27. ὑρανῷ. l. 29. τῷ. p. LXXX. l. 10. ταῦτα. p. CIV. l. 19. ἡμέρα. p. CVI. l. 3. γραφὴν λέγουσαν. p. CVIII. δείκνυμι, ἐκφέρω. Sed & cetera tandem, quæ ofcitente vel feftinante, ut adfolet, Typotheta, in latinas, græcas præfertim litteras perrepfere, tanti non duco, ut vel *runcica* ac *fcobina* perpoliam univerfa, more ob id pofcente, ut folertia, ac humanitate legentium, opportune penfentur.